



# De episcopalis ac sacerdotalis muneris praestantia

<https://hdl.handle.net/1874/416810>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E oct.

179

U.B.U.

















N. 28. C.

Ex dono Bueschii 25279

DE EPISCOPA-  
LIS AC SACERDO-  
talis muneris præstantia, Ioannis  
Chrysofomi, Episcopi Constanti-  
nopolitani cum Basilio Ma-  
gno dissertatio,

Per IANVM CORNA-  
RIVM Medicum Physicum La-  
tinè conscripta, nuncq̃ primum  
in lucem edita.

Libellus vere aureus, hocq̃ præsertim tempore, quo  
& uerbi Dei & ministrorum eius dignitas atq̃ offi-  
cium apud quosdam nimis uel neglectim  
habetur, uel contemnitur, le-  
cū dignissimus.

*Cum gratia & priuilegio Imperiali  
ad quinquennium.*

B A S I L E A E.



1810

THE  
OFFICE OF THE  
SECRETARY OF THE  
NAVY  
WASHINGTON  
D. C.



CLARISS. IURISCON.

sulto D. Hieronymo à Glaburgo Franco-  
fordensi, Ianus Cornarius medicus  
physicus. S. D.



TSI à professione mea me-  
dica, & à tua quoq; Iuris sci-  
entia alienū sit, curare quid  
quondā ueteres illi Græci the-  
ologi circa ueræ pietatis, ac  
Christianæ religionis con-  
seruationē ac propagationem elaborarint: ta-  
men is est huius seculi status, ut omnium bo-  
norum uirorū studium imprimis eò conuer-  
tendū sit, quo sanctissimæ fidei nostræ Chri-  
stianæ integritas persistet, dum extremis his  
temporibus eò inclinēt Ecclesiæ Christi sta-  
tus, ut post tot sectarū, tot hæresiū examina,  
quæ illum uexarunt ac afflixerūt, reuera iam  
tempus illud instare uideatur, de quo dictū  
est, Refrigescet charitas multorū: & hoc, Vix  
iustus saluabitur: nisi benignus erga homi-  
nes Deus tempus abbreviarit, aut spiritu suo  
sancto excitarit, qui uel circa undecimā ho-  
ram, uineam eius ingressi, eam colant, & ad  
perfectam uindemiam faciendā perducant.  
Et profectō quotquot in mysticam illam sa-  
cri baptismatis undam immerfi sumus, hoc

A 3 tunc

## EPISTOLA.

tunc primum ante omnes alias nostras professiones polliciti sumus, nos fide staturos, insignia non deserturos, & uineam illam usque ad racemationem culturos. Itaque quod in meis uiribus, Deo largiente, situm est, & sæpe & libenter Theologorum, ueterum præsertim scripta lego, & nuper etiã duorum ex his insignium, Basilij magni, & Epiphaniij Cyprij, opera omnia in Latinã linguã transcripsi: & hæc nunc Chrysofomi dissertationẽ Latinã à me factam, ad te mittendam duxi, quum sciam te uirum & doctrina, & ingenij dexteritate præstantem, non modo id studio habere, ut ad sacrarum Cæsarianarum legum ornatum plurimum conferas, sed etiam multus in hoc sis, ut uera pietas, & sincera Christi doctrina, in patria præsertim tua uigeat, doceatur, & perduret. id quod fieri non potest, nisi sint & sacerdotes, & episcopi, qui suo officio probe fungantur. De qua re malo ut Chrysofomi aurei oris eloquentiam, quã meam infantiam audias. Vale, Marpurgi, 1 X Aprilis, Anno Christi

M. D. X L I I I I.

DE

5  
DE EPISCOPA

LIS AC SACERDOTA

lis muneris præstantia, Ioannis Chryso-  
sti Episcopi Constantinopolitani, cum Ba-

filio Magno dissertatio, per Ianum

Cornarium medicum Physi-

cum Latinè conscripta.



GO QVIDEM mul-  
tos, eosq; genuinos ac ue-  
ros. & qui amicitie leges  
& nossent, & exactè ser-  
uarent, amicos habui. Ve-  
rum unus ex multis his,  
omnes ipsos amore erga

nos superās, tanto studio illos à tergo relinquere  
contendit, quāto illi eos qui simpliciter erga nos  
essent affecti. Hic omni tempore ex asseclis meis  
fuit. Nam & disciplinas easdem attigimus, &  
præceptoribus iisdem usi sumus. Erat etiam no-  
bis promptitudo & studiū unum circa eloquen-  
tiam, quam exercebamus, æqualisq; cupiditas ex  
iisdem causis oborta. Non enim solum ubi præce-  
ptores adiremus, sed & quum inde digressis con-  
sultandum esset, qualem uitæ viam eligere præ-  
staret, consentientes & hic visi sumus. Sed & a-

Amicitie ue-  
re occasiões.



Basiliius mo-  
nachus factus.

lia quedam ad hæc, concordiam hanc nostram firmam ac incorruptam seruabāt. Neq; enim quod ob patriæ magnitudinē alter alteri se præferret, habebat: neque mihi diuitiæ ingentes erant, ille uero extrema paupertate premebatur. Verum opū quoque mensura uoluntatis æqualitatem imitabatur. Quin & genus nobis æquale erat, & omnia cum mente concurrebant. Postquam uero beatam illam monasticam uitam sequi oportebat, & ueram illam philosophiam, iam non amplius iugum hoc nobis æquale erat, sed illius lanx in sublime leuabatur: ego uero mundi cupiditatibus adhuc refertus, meam lancem deprimebā, & infernè ipsam manere cogebā, iuuenilib. imaginationibus aggrauatā. Atq; hic quidem amicitia nobis de cætero manebat firma, quemadmodum etiam antea, familiaritas autem dirimebatur. Non enim fieri poterat, ut quorum non idem esset studium, hi communem uitæ consuetudinem haberent. At quum & ipse aliquando è uitæ fluctibus caput paululum exeruissem, suscepit quidem nos ille ambabus manibus protentis, uerum æqualitatem priorem ne sic quidem seruare potuimus. Nam quum & tempore nos præuenisset, & multam uehementiam declarasset, supra nos rursum ferebatur, & ad magnam altitudinem e-

latua

latus erat. Attamen quia & bonus erat, & amicitiam nostram multi faciebat, omnibus alijs relictis, per omne tempus nobiscum conuersabatur, id quod antea quoque concupierat: uerum uelut dixi, à nostra segnicie prohibitus fuerat. Neq; enim fieri poterat, ut qui in foro iudiciali absideret, & scenæ ac theatri uoluptates cõsectaretur, sæpe conuersaretur cum eo qui libris affixus esset, neque unquam in forum progredereur. Quapropter antea prohibitus, ubi tandem nos in eundem uitæ statum accepit, tum sanè olim conceptam cupiditatem aceruatim peperit. & ne minimam quidem dici partem nos deserere potuit, in adhortandoq; perseuerabat, ut uterque propria sua domo relictâ, communem ambo habitationem haberemus. & persuasit sanè, & præ manibus erat. At assidue matris incantationes impediebant me, ne in hoc illi gratificarer, imò potius ut ne hoc ab illo donum acciperem. Quum enim sensisset hæc meditatem, manu apprehensum me ad destinatam sibi domum perduxit, & propè assidens in lecto in quo nos parturierat, lachrymarum fontes emittebat, & uerba lachrymis miserabiliora addebat, huiusmodi lamentationes producens. Mihi (inquit) fili, uirtute patris tui frui, non diu concessum fuit, id quod Deo ita complacuit.

Chryso-  
stomus munda-  
narum rerum  
studiosus.

Mater Chry-  
stomum a  
monastica ui-  
ta auertit.

Nam doloribus partus ob te perpeſſis, mors illius ſucceſſit, & tibi quidem orbitatem, mihi uero uiduitatem induxit immaturã. & uiduitatis mala, quæ ſola illæ recte noſſe poterint, quæ fuerint ea perpeſſæ. Neq; enim quiſquam uerbis aſſequi poterit tempeſtatis illius ac fluctuum inundationem, quam puella ſuſtinet, nuper ex patrijs ædibus progreſſa, & rerum uitæ inexperta, dũ de repente & luctu intolerabili feritur, et maiorem quàm pro ætate & natura curam ſuſtinere cogitur. Oportet enim arbitror, & famulorum ſegniciam excitare, & maleficia obſeruare, & cognatorum inſidias depellere, & eorum qui rei publicæ nomine exactiones faciunt, calumnias ac in tributis exigendis crudelitatem, generoſo animo ferre. Si uerò etiã ſobole foeminea relicta pater mortuus deceſſerit, multam quidem etiam ſic matri curam relinquet: ſed tamen ut & à ſumptibus, & timore ſit liberata. At filius infinitis & quotidie plurib; ipſam replet curis. omitto enim ſumptum pecuniarum, quem facere cogitur, ſi liber aliter ipſum educare uelit. Verumtamen nihil horum me ad ſecundas nuptias contrahendas perſuaſit, aut ut alium ſponſum ædibus patris tui inducerem, ſed in tempeſtate & tumultu perſeueravi, & ferreum uiduitatis caminum non effugiſſe primũ

Viduitatis ca  
munus ferre-  
us.

primum quidem superni fauoris auxiliū adeptā.  
 nō paruum uero solatium mihi fuit in illis malis,  
 quōd faciem tuam assidue uiderem, & imago a-  
 nimata demortui mihi superesset, quae ad illā pro-  
 bē & exactē expressa esset. Et propterea quum  
 etiam adhuc infans esses, & nondum loqui didi-  
 cisses, quo tempore liberi uel maxime parentes  
 delectant, multam mihi consolationem exhibui-  
 sti. Nec uerō illud dicere potes, ac causificari,  
 quod uiduitatem quidem generose tulimus, opes  
 uero paternas imminuimus, propter uiduitatis  
 necessitatem, id quod multos infeliciter orbos e-  
 go perpeffos esse scio. Nam & has omnes inte-  
 gras conseruauī, & nulli impense ad profectum  
 tuum spectanti peperci, ex proprijs meis pecu-  
 nijs, & quas ex paterna domo attuli, sumptu sa-  
 cto. Et ne putes me nunc exprobrantem tibi hęc  
 dicere. Verum pro his omnibus unicum benefi-  
 cium à te peto, ut ne me in secundam uiduitatem  
 conijcias, neq; sopitum luctum rursus accendas.  
 Sed expecta meum obitum, fortassis post paulu-  
 lum temporis hinc decedam. Nam iuuenib. spes  
 est ad longam senectam perueniendi. Nos uerō  
 qui iam conseruimus, nihil aliud quàm mortē ex-  
 pectamus. Quū igitur me terrae tradideris, & of-  
 sibus patris tui ammiscueris, longam profectio-

Senib. mors  
 propinqua.

nem institue, & mare quodcunq; uolueris trans-  
 curre, tunc nemo erit qui impediatur. Quam diu ue-  
 ro inspirauerimus, sustine communem nobiscum  
 habitationem. Ne offendas Deum frustra ac te-  
 mere, tantis nos obijciens malis, nihil male de te  
 meritos. Etenim si habes quod conueraris te di-  
 strahi à me ad seculares curas, & quod cogo te  
 ad hoc ut rebus tuis præsis, iam nihil nature le-  
 ges, nihil educationem, nihil consuetudinem, nihil  
 aliud quiduis reueritus, uelut insidiatores & ho-  
 stes nos fuge. Si uero omnia facimus, quo tibi  
 multum ocium paremus, ad huius uitæ luculen-  
 ter degendæ facultatem, etiam si nihil aliud, hoc  
 saltem uinculum te apud nos detineat. Nam etsi  
 innumeros tui amore captos dicis, nullus tamen  
 tantæ libertatis fruitionem tibi exhibebit. neq; enim  
 quisquam est, cui æquè ut mihi profectus tui cura  
 est. Hæc & his ampliora mater ad me, ego uero  
 ad generosum illum dicebam. Verum ille non so-  
 lum non placabatur his uerbis, sed etiam amplius  
 incumberebat, eadem quæ & prius exigens. Quæ  
 autem in hoc essemus, & ille quidem assidue pre-  
 caretur, ego uero non annuerem, de repente fama  
 quædam instans ambos perturbauit. Erat autem  
 fama, nos ad episcopatus dignitatem adducendos  
 esse. Ego igitur statim ut sermonem hunc audiui,  
 & ti

Fama de Basi-  
 lio & Chry-  
 sostomo, Epi-  
 scopis consti-  
 tuendis.

Et timore et cōsiliij inopia tenebar. Timore quidem, ne fortē inuitus abriperer. Inopia uero cōsiliij, inquirens sepe mecum, undē nam uiris illis in mentem uenisset, huiusmodi quiddam de nobis cogitare. Ad me ipsum enim respiciēs, nihil me habere comperiebam, quod tanto honore esset dignū. At generosus ille me priuatim aggressus, ubi de his rebus communicasset mihi, uelut qui nihil de fama hac audiuissem, etiā tunc quemadmodū prius rogabat, ut eadem et facientes, et consultantē conspiceremur. Sequuturū enim se prompte nos, utram tandem uiam praeuij ingrederemur, siue fugisse, siue elegisse oporteret. Quū itaq; prōptitudinem ipsius perciperem ego, et toti ecclesie communioni damnum me illaturū putarem, si iuuenē adeo bono, et ad multorum praelecturam idoneo, Christi gregem priuarem, propter imbecillitatem meam: non reuelauī illi sententiam meam, quam de his habebam, et quidem unquam antea aliquod meorum cōsiliorum latere ipsum passus. Sed quū dixissem cōsiliū super his in aliud cōmodius tempus differendum esse, nō enim nūc rem hāc urgere: persuasi illū statim ut nihil de his curaret. et de me confidere iussi, uelut consensuro, si forte eiusmodi quicquam faciendū esset. Tempore uero prae tergresso nō ita multo,

quum

Basiliius epi-  
scopus con-  
sequitur.

quum & is qui nos electurus erat uenisset, & e-  
go me occultassem, ipse harum rerum ignarus, ab-  
ducitur quidem sub alio prætectu, suscipit autem  
iugum, sperans prout ipsi promiseram, nos omni-  
no illuc ipsum sequuturos esse, imò potius se iam  
nos sequi. Nam quidam ex presentibus illic, re-  
luctantem ipsum ad assensum uidentes, decepe-  
runt uociferantes, absurdum esse, eum qui contu-  
mator apud omnes putatus esset, de me nimirum  
dicentes, cum multa mansuetudine patrum iudi-  
cio cessisse. Illum uero multo prudentiorem &  
mansuetiorem, contumacem esse, & uanam glo-  
riam ostentare, renitentem ac resilientem & con-  
tradicentem. His uerbis ubi ille concessisset, post-  
quam audiuit quod effugisse, ingressus est ad me  
cum multa tristitia, consideratq; propè, et uolebat  
quidem aliquid dicere, uerum præ animi angustia  
detentus, & uim quã passus erat, uerbis declara-  
re nõ potens, simul ut hiaret loqui prohibebatur,  
mœrore sermonem priusquam dentes transgrede-  
retur intercipiente. Ego igitur uidens illum illa-  
chrymantem, & multa turbatione plerum, et cau-  
se gnarus, præ magna uoluptate ridebam, et dex-  
tram ipsius tenens osculabar, & Deum glorifica-  
bam, quod fraus bonum mihi finem adepta esset,  
qualem uidelicet semper optaram, Quum autem  
uehe-

uehementer gaudentem & hilarem me Basilius uideret, & se prius à nobis deceptum esse intelligeret, magis dolebat ac ægreferebat. Et tandem paululum illo animæ ipsius tumultu sedato, At inquit, etiamsi res nostras conspurcasti, & nullam amplius nostri rationem habes, haud sanè noui qua de causa: tamen existimationis tuæ curam gerere te oportebat. Nunc uerò omnium ora aperuisti, & omnes te uanæ gloriæ studio hanc administrationem recusasse dicunt. Qui uerò te ab hac accusatione eximat, non est. Ego uero neque in forum progredi audeo, tot sunt qui nos aduēt, et quotidie accusant. Vbi enim alicubi in urbe cū parentē uiderūt, qui familiariter nobis noti sunt, singulatim præhensum me maiori accusationis parti subiiciunt. Quum enim noueris (inquiunt) ipsius animum (neque enim quicquam rerum illius te clam fuit) non occultare, sed communicare nobis oportebat, & omnino non defuissent nobis artes ad illum capiendum. Ego uero quod nō nouerim te diu hæc meditatam esse, erubesco ac pudefio ad illos dicere, ne fortè amicitiam nostram, simulationem esse puerent. Etsi enim est, sicut sanè est, quod neq; ipse negare poteris, respectu eorum quæ nunc cōtra nos perpetrasti: attamen apud externos, & qui uel mediocrem de nobis ha-

bens

Accusatio  
Chrysofomi  
ob Episcopa-  
tus fugam.

Amicitia quæ  
do sit simula-  
tio.



bent opinionē, præstat nostra mala esse occulta. Proinde quod uerum est, apud ipsos confiteri, & quomodo res nostræ habent, cunctor: et cogor de cætero silere, & oculos ad terram inclinare, & obuiam uenientes declinare ac fugere. Nam etiã si priorem effugiam reprehensionem, mendacijs tamē me accusari necessitas restat. Neq; enim unquam mihi credere uolunt, quod etiam Basiliū in aliorū ordinē redequisti, quos nephas est res tuas nosse. Veruntamen horum non magna mihi cura est, quando quidem hoc tibi ita iucundum fuit. At reliquã ignominiam quomodo feremus? Alij contumacie, alij ambitiois nomine te accusant. Qui uero crudeliores sunt accusatores, utriusq; his nominibus simul nos reprehendunt: & contumeliam in eos qui nos honore affecerunt, addunt, ipsos iuste hæc pati dicentes, etiamsi maioribus ad huc contumelijs à nobis afficerentur, eo quod omissis tot ac tantis uiris, adolescentulos qui heri ac nudiustertius adhuc in mundanis curis obuoluebantur, ad tantum honorem der repente euexerunt, quantum ne per somnū quidem se assequuturos sperarunt: quo ad breue tempus supercilia contrahant, & subito amictu se integant, & tristitiam simulent. Et qui quidem à prima etate usque ad extremam senectam, exercitationem suã

exten-

Episcoporū  
habitus.

extenderunt, inter subditos sunt. Imperat autem  
 ipsis filij ipsorum, qui ne leges quidem audierunt,  
 secundum quas hunc principatum gubernare o-  
 portet. Haec et his ampliora dicentes assidue nos  
 adoriuntur. Ego uero quod respondeam ad haec  
 non habeo. Rogo autem te (non enim simpliciter ne-  
 que temere hanc fugam te fecisse arbitror, et ad-  
 uersus uiros adeo magnos tantam inimicitiam su-  
 scepisse, uerum ex ratione aliqua ac consilio ad  
 hoc uenisse, unde etiam rationem tibi promptam  
 esse ad excusationem cōiecto) dic mihi an aliquē  
 honestum pretextum aduersus accusantes, iuste  
 proferre possimus. Nam iniuriarum, quibus ipse  
 à te affectus sum, nullā exigo rationem, nō quod  
 decepisti, non quod prodidisti, non quod fructū  
 aliquem à nobis omni superiori tempore percepi-  
 sti. nos enim etiam animam nostram, ut ita di-  
 cam, manib. tuis illatam deposuissimus. Tu uero  
 tāta aduersus nos usus es calliditatis improbitate,  
 quanta uti potuisses, si hostes aliquos cauere tibi  
 propositū fuisset: quanquam conueniebat, si hanc  
 cōsiliij tui sententiā utilem esse noueras, neq; teip-  
 um fugere lucrum: si uero nociuam, etiā nos, quos  
 omnib. semper te praeferre dicere solebas, à dāno li-  
 berare. At tu ut incideremus omnia fecisti, et dolo  
 ac simulatione opus habuisti, aduersus eū q̄ citra  
 dolum

Expostulatio  
 grauissima.

dolum & simpliciter omnia & dicere & face-  
re, erga te consuevit. Attamen uelut dixi, nihil ho-  
rum nunc obijcio, neq; solitudinem exprobrio, ad  
quam nos redeigisti, cōgressibus illis interceptis,  
ex quibus & uoluptatem, & utilitatem non uul-  
garem sæpe percepimus. Verum omnia hæc omit-  
to, & tacite ac leniter fero, non quod tu leniter  
in nos deliqueris, sed quòd ipse hanc legem mihi-  
ipsi posuerim, ab illa die qua tecum amicitiam i-  
niui, quod nunquam te ad excusationis necessita-  
tem inducere uelim, si molestus nos aliqua parte  
ledere uoluisses. Nam quod non exiguum dam-  
num nobis inuexeris, etiam ipse nosti, siquidem  
meministi uerborum, & eorum que ab externis  
de nobis, & eorum que à nobis semper diceban-  
tur. Hæc autem erant, quod magnum lucrum no-  
bis esset, ex eo quod unamines essemus, & mu-  
tua amicitia muniti. Et alij quidem omnes, etiam  
alijs multis non paruam utilitatem allaturam es-  
se nostram concordiam dicebant. Ego uero nul-  
lam unquam hinc uilitatem, quantum ad me at-  
tinet, quibuscunq; exhibiturum esse cogitauit. Ve-  
rum hoc saltem dixi, non exiguum nobis lucrum  
ex concordia nostra fore, quod egre contra nos  
inualescere possunt, qui nos deprimere studio ha-  
bent. Et hæc te commonefaciens, nunquam dice-

re. cessauit. Graue est tempus. Insidiantes multi. Commonesta  
 Genuina charitas perijt. Pro ea introducta est in tio grauif-  
 uidiae perniciēs. In medio laqueorū iter facimus, sima,  
 & in pinnaculis urbium deambulamus. Qui no- “  
 stris malis gaudere parati sint, si quid accidat, “  
 multi undiquaque instant. Qui uero condoleat, “  
 nullus est, aut ualde exiguo numero conclusi. Vi “  
 de ne aliquando dissidio inter nos oborto, multū “  
 risum incurramus, & calamitatem risu maiore. “  
 frater à fratre auxilium ferens, est uelut ciuitas “  
 munita, & uelut regnum repagulis obseptum ac “  
 obturatum. Vide ne hanc sinceritatem dissoluas, “  
 neq; repagulum intercipias. Hæc & his amplio- “  
 ra assidue dicebam, nihil unquam tale suspicans, “  
 sed te erga nos etiam ualde sanum esse putans. Et “  
 tamen ex abundanti cautione etiam mederi uo- “  
 lens, ignorabam autem me, uelut nunc apparet, “  
 ægroto medicamenta imponere: & neq; sic mi- “  
 ser profui, neq; quicquam amplius mihi conigit “  
 ex magna hac prouidentia. Omnibus enim illis “  
 aceruatim reiectis, & ne in cogitationem quidē “  
 assumptis, in immensum nos pelagus uelut nauem “  
 non saburratam demisisti, nihil de feris illis flucti- “  
 bus meditatus, quos nos sustinere necesse est. Si e- “  
 nim forte calumniam, aut ludibriū, aut aliam ali- “  
 quā contumeliā, aut insultū alicunde nobis induci “

Amicorū of-  
ficia uera.

contigerit: talia uero saepe contingere necesse est: ad quem confugimus? cui tristitias nostras communicabimus? quis nobis auxilium ferre uolet? quis eos quidem qui nos affligunt repellat, et amplius ledere prohibebit, nos uero consolabitur, et ad aliorum intemperantias ferendas praeparabit? Non est quisquam, quū tu procul à graui hoc bello consistas, & neq; clamorem audire possis. Ergo nosti iam quantum mali perpetraris? Ergo nunc saltem post quā percussisti, cognoscis quam letalem plagam nobis incusseris? Verum haec quidem omittantur. Neq; enim quae facta sunt, infecta fieri possunt: neq; imperuijs transitum reperi datur. Quid ad externos dicemus? quid ad accusationes illorum respondebimus? Confide, inquam ego: non enim de his solum paratus sum iudicium subire, sed etiam de his quorum nos insonites demisisti, rationē tibi reddere conabor, quantum eius in uiribus nostris situm fuerit. Etsi ita uis, ab ipsorum primū excusatione initium faciā. Nā ualde sanē absurdū esset, & improbus cense-ri debeam, si opinionis apud externos curam gerens, & quo cōpescantur hi qui nos accusant omnia faciens, omnium mihi charissimum, & tanta erga nos reuerentia usum, ut neq; ea quae à me iniuste passus sit exprobrare uoluerit, sed sua nihili faciens,

faciens, nostrarum rerum nihilominus curam retinuerit, non per suadere possim, quòd nullam iniuriam intuli, sed maiore circa ipsum negligentia usus uidear, quàm pro sedulitate ac studio, quod ipse erga nos declarauit. Quid igitur tandem iniuriæ fecimus, quandoquidem hinc ad magnum illud excusationis pelagus procedere statuimus? Num quòd te fefellimus, & nostram sententiam occultauimus? At hoc in lucrum tuum qui deceptus es, & eorum quibus te deceptum prodidimus, factū est. Equidem si penitus fraus mala est, & nunquam licet ipsa honeste & ad decorū uti, parati sumus poenam dare quancunque tandem ipse uolueris. Imò potius tu nunquā de nobis supplicium sumere sustinebis. Verum nos condemnabimus nos ipsos ea poena, quam iniuriosis hominibus irrogare iudices solent, ubi accusatores ipsos conuicerunt. Si uero non semper res nociua est, sed pro utentium uoluntate mala fit, aut bona te deceptum esse exprobrare desine, et nos ad malum, fraudem tibi struxisse, declara. Nā quam diu hoc absuerit iustum fuerit deceptorem etiam amplecti, nō solū non reprehēdere & accusare, si modo quis cādidus haberi uelit. Tantū enim li-

Excusatio  
Chrylōstomi.

Fraus oppor-  
tuna bōa est.

Fraus in  
bello.

lerunt. Etsi uis exercituum imperatores, qui ab eterno clari fuerunt, expendere, pleraque ipsorum trophæa cōperies fraudis esse recta facta, et hos magis laudari quàm qui aperto Marte uictores euaserunt. Hi enim maiore sumptu et pecuniarum et corporum bella gerunt, ita ut nihil amplius ipsis à uictoria cōtingat, sed uictores uictis nihilo sine minus infœlices, dum & exercitus sunt consumpti, et araria exhausta. Ad hæc uero neq; gloria ob uictoriam ipsos frui permittunt. Magna enim eius pars etiam his qui ceciderunt contingit, eo quòd animis uictores, corporibus solis uicti sunt. Nam si in ipsorum uoluntate situm fuisset ut ne caderent, neq; mors ipsos correptos sedasset, nunquam ab alacritate illa destitissent. Qui uero per fraudem uictor euadere potuit, is non solum in calamitatem hostes conijcit, sed etiam sui exponit. Non enim quemadmodum isthic, laudem ex æquo utriq; ferunt roboris nomine, ita etiam hic prudentiæ nomine. Sed totum præmium penes uictores est. et quod minus illo est, uictoriæ iucunditatem integram ciuitati conseruant. Non enim cōparanda est animæ prudentia, pecuniarum diuitijs, & corporum multitudini. Hæc enim ubi quis ipsis in bellis assidue utitur, consumuntur, & habentes destituunt. Illa uerò quanto quis magis

magis ipsam commouet, tanto amplius augeri so-  
 let. At non solum in bello, sed etiam in pace, mul-  
 tum & necessarium repererit quis fraudis usum,  
 & non ad ciuitatis solum negocia, sed etiã in do-  
 mo, & uiro erga uxorem, & mulieri erga mari-  
 tum, & patri erga filium, & amico erga amicũ.  
 Iam uero etiã liberis erga patrem. Nã filia Saul  
 ex manibus ipsius Saul, uirum suum aliter eripe-  
 re non potuisset, si non per fraudem patrem de-  
 cepisset. Huius autem frater, eum qui ab illa serua-  
 tus fuerat, periclitantem seruare uolens, rursus iss-  
 dem armis utebatur quib. uxor usa fuerat. Et Ba-  
 silius: At nihil horum ad me, inquit. neq; enim ini-  
 micus ego & hostis sum, neq; ex his qui iniuriam  
 facere moluntur, sed in totum uice uersa, omnib.  
 meis uoluntati tuae permissis, semper hac sum se-  
 quutus quã sequi iussisti. At ô admirande ac opti-  
 me, inquã ego, propterea etiã ipse iam dixi, quòd  
 non in bello solum, neq; contra inimicos, sed eti-  
 am in pace, & erga amicissimos hac uti bonum  
 est. Nam quòd non modo decipientibus, sed etiã  
 his qui decipiuntur hoc utile est, progressus ad me-  
 dicum aliquem percunctare, quomodo egrotos à  
 morbis liberant: et audies, quòd non cõtenti sunt  
 arte, sed aliquando etiã fraudem assumentes, &  
 auxilium ex ipsa ammiscentes, ita egrotum ad sa-

Fraus in  
pace.

Fraus domi.

Fraudes Me-  
dicorum.



nitatē reduxerunt. Quū enim morositas infirmo-  
 rum, & ipsius quoq; morbi cōtumacia, me dico-  
 rum consilia non admittit, tunc sanē fraudis per-  
 sonam induere necesse est, quo uelut in scena, eo-  
 rum quæ sūt ueritatem occultare possint. Quod  
 si audire uoles, ego etiam referam tibi dolū unū  
 ex multis, quos medicos struere audiui. Inoidit  
 aliquādo febris in quendā aceruatim cū multa ue-  
 hementia, & flamma eleuabatur. Et quæ quidem  
 febrem extinguere possunt, ea auersabatur aeger.  
 Cupiebat autē & multū instabat. omnes qui ad ip-  
 sum ingressi essent rogans, ut multum merum ip-  
 si porrigerent, & perniciosam hanc cupiditatem  
 impleri permitterent. Non autem febrem solū in-  
 censurus erat, sed etiam ad insaniam perductu-  
 rus aegrum, si quis ipsi hac parte gratificatus fuis-  
 set. Hic arte deficiente, & nullū inueniunt habenti,  
 sed penitus exclusa, fraus ingressa tantā suam  
 uim declarauit, quam ā mox à nobis audies. Nam  
 Medicus recens ē sornace extractū testaceum ua-  
 sculum, arreptū uino multo imbuit: deinde effu-  
 so uino, aqua impleuit: & mox domunculam in  
 qua decumbebat aeger, multis auleis obumbrare  
 iubet, ut ne lux dolum indicaret, & porrigit ua-  
 sculum uelut mero refertū aegro ebibendū. Aeger  
 autē prius quā id in manus sumeret, uini odore  
 statim

Historia frau-  
 dis Medici.

statim allabente, nihil curiosius de exhibito perscrutabatur, sed odori credens, & tenebris deceptus, & cupiditate inductus, quod datum erat cito multa proptitudine exhaustit. & exatiatus statim aestu excussit, & imminens periculum effugit. Si uero fraudis lucrum, & omnes medicorum dolos quis recensere uelit, oratio ad infinitam longitudinem procedat. Non solum autem corporum medicos, sed etiam eos qui animae morborum curam gerunt, inuenit quis assidue hoc medicamento usus. Sic multa illa milia Iudeorum beatus Paulus adduxit. Hoc proposito Timotheum circumcidit, qui Galatis ministratus est, quod Christus nihil prodesset circumcisis. propter hoc legi se subiecit, qui post fidem in Christum, iustitiam esse lege damnatum ducebat. Magna enim est fraudis uis, modo quis non cum dolo proposito ipsam adhibeat. Immo neque fraudem tale quid appellare oportet, sed dispensationem quandam, & sapientiam ac artem, quae multos transitus in imperiis rebus excogitare potest, & animae delicta corrigere. Neque enim ego Phinees homicidam dixerim, etiam si una plaga duo corpora sustulerit. Quemadmodum neque Heliam post centum milites, & horum duces, & magnam illum sanguinis torrentem, quem ex caede eorum qui demoniorum sacerdotes erant, fluere fecit. Si enim hoc cōcesserimus,

Fraudes  
Pauli.

& si quis res ipsas, proposito eorum qui eas per  
 egerūt denudatas, per seipsas expenderit: is si uo  
 let, etiam Abraam ipsum cædis filij reū peraget,  
 & nepotem illius, & ex sobole per successionem  
 oriundum illum, maleficij ac doli accusabit. Sic e  
 nim ille prærogatiuam primogeniti obtinuit. Hic  
 uero Aegyptiorum diuitias ad Israelitarum exer  
 citum transtulit. At non habent hæc se hoc modo,  
 non habent. Absit ea temeritas. Non enim solum  
 ipsos accusare omittimus, sed etiam propter hæc  
 admiramur. Nā & Deus ipsos propter hæc lau  
 dauit. Etenim ille meritò deceptor uocari pote  
 rit, qui re iniuste usus est. Et sæpe fraudem strue  
 re opus est, & per hanc artem, maximam utilita  
 tem afferre. Qui uerò è directo se ingessit, sæpe  
 magna mala ei quem non decepit, induxit. Quòd  
 quidem igitur fraude etiam ad bonum uti licet, i  
 mò potius quod neq; fraudem tale quid appella  
 re conuenit, sed dispensationem quandam admirã  
 dam, plura quidem dicere poteram. Quando qui  
 dem uero & relata ad demonstrandum sufficiūt,  
 (onerosum enim et graue est orationem ad super  
 fluam prolixitatem extendere) tuū deinceps fue  
 rit scire, an nõ re hac ad lucrum tuū usi sumus. Et  
 Basilius: Quale, inquit, lucrū nobis ex hac dispen  
 satione contigit, aut sapientia, aut quomodo tan  
 dem

Fraus laudata  
 Deo.

dem ipsam appellare libet, quo credamus quòd non à te decepti sumus? Et quod maius, inquam, lucrum contingere possit, quàm hæc facere uideri, quæ indicia dilectionis in Christum, ipse Christus esse dixit? Quum enim ad principem Apostolorum uerba faceret, Petre amas me? inquit. Illo autem confitente, addit: Si amas me, pasce oues meas. In terrogat magister discipulum, an ametur ab ipso, non ut ipse disceret hoc, quomodo enim id faceret qui omnium corda intrat? sed ut nos doceret, quantam præfecturæ huius gregis curam gerat. Hoc autem quum sit clarum, etiam illud similiter manifestum erit, quod magna & inenarrabilis merces illi reposita est, qui circa hæc occupatus est, quæ Christus multifacit. Si enim nos ubi uiderimus aliquos famulorum aut pecorum nostrorum curam gerentes, studium hoc erga illa, amoris erga nos signum esse ducimus, et quidem quum hæc omnia pecunijs uenalia exposita sint: qui non pecunijs, neque alia quapiam huiusmodi re, sed propria morte hanc gregem emittit, & precium gregis sanguinem suum dedit, quanto dono pascentes ipsam retaliabit? Et sanè ob hoc quum dixisset discipulus, Tu nosti Domine quod amo te, et testè dilectionis ipsum qui diligebatur appellasset, non in his substituit Seruator, sed etiam dilectionis appo

Pascere signum  
dilectionis in  
Christum.

cc

cc

suit signū. Non enim quantū Petrus ipsum ama-  
ret, tunc ostendere uolebat: nam hoc iam ex mul-  
tis nobis notum erat: sed quantum ipse Ecclesiam  
suam diligeret, & Petrum, & nos omnes disce-  
re uoluit, quo & nos multum studij huc confer-  
remus. Cur enim filio & unigenito non pepercit  
Deus, sed quem solum habuit, tradidit? quo eos  
qui inimico aduersus ipsum essent animo, sibi ip-  
si reconciliaret, & faceret populum acceptum.

Christi dile-  
ctio erga Ec-  
clesiam.

Petri succes-  
sores.

Cur etiam sanguinem effudit? quo oues has acqui-  
reret, quas Petro & successoribus in manum tra-  
didit. Meritò igitur & iuste dixit Christus, Quis  
» nam est fidelis seruus & prudens, quem præse-  
» cit dominus domui suæ? Rursus uerba sunt ambi-  
gentis: qui uerò loquitur, non ambigens loqueba-  
tur. Sed quemadmodum Petrum interrogans an  
ab ipso amaretur, non opus habens ut disceret di-  
scipuli amorem, interrogabat, sed propriae suæ  
dilectionis excellentiam ostendere uolens: sic eti-  
» am nunc dicens, Quis nam est fidelis seruus &  
prudens: non fidelem & prudentem ignorans dice-  
bat, sed rei raritatem declarare uolens, & præ-  
fecturæ huius magnitudinem. Vide igitur etiam  
premium quantū sit, Super omnia bona sua con-  
stituet ipsum. Adhuc igitur contendes nobiscum,  
quod nō bene deceptus sis, super omnia Dei bo-

Serui fidelis  
ac prudentis  
præfectura.

na consti-

na cōsūtuendus? et hęc faciens quę etiā Petrum faciemē, potentem esse permisit, & reliquos Apostolos superare? Petre, enim inquit, amas me plus his? et quidem quū posset dicere ad ipsum, Si amas me, exerce te ieiunio, humi cubitionibus, uigilijs assiduis, tuere iniuria affectos, sis pupillis uelut pater, & matri ipsorū uiri loco: nunc aut omnibus his omissis, quid dicit? Pasce oues meas. cc

Petri apostoli  
excellētia.

Illā enim quę antea recēsi, etiā ex subditis mul-  
ti facile perficere possunt, non modo uiri, sed etiā  
mulieres. At ubi Ecclesię praefecturam gerere o-  
portet, & tot animarū curam cōmissam habere,  
omnis muliebris natura negocij magnitudini ce-  
dat, sed & uirorū magna pars. Prodeant aut in  
medium, qui mensura omnibus multo plus possi-  
dem, & qui tanto altiores alijs sunt animę uirtu-  
te, quāto maior fuit Saul corporis magnitudine,  
tota Hebræorū gente. Imò multo adhuc amplius.

Mulieres a sa-  
cerdotio pro-  
hibitæ.

Ne enim mihi humerorū altitudinis hic queratur  
mensura. Verū quāta est ratione praedictorū homi-  
num ad bruta differētia, tamū intersit inter pasto-  
rem & eos qui pascūtur, ut ne etiā amplius quid  
dicam. nam de multo maiorib. rebus est periculū.

Pastoris al-  
titudo.

Qui enim oues amisit, aut ex luporū rapacitate,  
aut ex frædonum uiolentia, aut peste aliqua, siue  
alia calamitate illapsa, is ueniā fortassis a domino  
gregis

gregis impetrarit. Si uero etiam iudicio res agatur, usq; ad pecunias damnum se extendit. At homo cui concreditum est Christi ouile, primum nō in pecunias, sed suam ipsius animam, damnum subit, propter ouium amissionem. Deinde etiam certamen longe maius ac difficilius habet. Non enim pugna est ipsi aduersus lupos, neq; prædones timet, neq; curam habet ut pestem à grege abigat.

Gregis Christi  
hostes.

Sed aduersus quos est ipsi bellum? cum quibus lucta? Audi beatum Paulum dicentem. Non est nobis  
 » bis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed ad-  
 » uersus principatus, aduersus potestates, aduersus  
 » mundi principes tenebrarum huius sæculi, aduer-  
 » sus spirituales astutias in cœlestibus. Vidisti hosti-  
 um multitudinem horrendam, & acies feras non  
 ferro obseptas, sed pro omni armatura, natura  
 sua contentas? Vis etiam alium exercitum uidere  
 immanem & crudelem huic ouili assidentem? e-  
 tiam hūc ex eadem specula uidebis. Qui enim de  
 illis nobis dixit, hic et hos nobis inimicos ostēdit,  
 » ita dicens: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt  
 » hæc, scortatio, adulterium, immundicia, lasciuia,  
 » simulachrorum cultus, ueneficium, inimicitia, li-  
 » tes, emulationes, iræ, contentiones, detractiones,  
 » murmura, inflationes, & alia his plura. Non  
 enim omnia recensuit, sed ex his etiam reliqua co-  
 gnosce-

gnoscere dimisit. Et in brutorum quidem pastore. hi qui ouile perdere uolunt, ubi uiderint præfectum fugere, omiſſa aduersus illum pugna, pecorum præda contenti sunt. Hic uero etiam si totum gregem corripuerint, neq; sic à pastore abſtinēt, sed magis instant, & amplius animātur, neq; prius cessant quā illum prostrauerint, aut ipsi uicti fuerint. Ad hæc autē pecorum morbi sunt manifesti, siue fames fuerit, siue pestis, siue uulnera, siue quodcunq; aliud malum quod affligit. atque in hoc non parum situm est ad infestantia mala depellenda. Est autem & aliud adhuc maius illo, quod ad celeritatem curationis morbi illius facit. Quid uero est hoc? cum multa licentia cogūt ouiculas pastores, ad medelam admittendam, ubi ultrò non sustinuerint. Nam & ligare ipsas facile est, ubi urere & secare quis uelit. Et ad multum tempus intus conclusæ seruari possunt, si hoc cōmodum fuerit. Sed & aliud pro alio alimento offerre possunt, & ab undis prohibere. Quin & alia omnia quæ ad illarum sanitatem conferre uisa fuerint, cum multa facilitate adhibent. At hominum infirmitates primum non facile est homini cognoscere. Nemo enim nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso. Quomodo igitur quis morbi medicamentum adhibuerit, cuius

Pastorū gregis Christi, et pecorum colatio.



cuius modū non nouit, quū sepe ne intelligere quīdem possit an omnino ægrotet? Postquā uero etiā manifestus factus fuerit, tunc ampliorē ipsi exhibet difficultatem. Non enim cū tanta licentia omnes homines curare datur, cum quanta pastor ouē curat. Debebat equidē et hic ligare, et à cibo arcere, et urere, et secare. Verum potestas admittēdi medelā, nō in adhibemēte medicamentū, sed in ægro sita est. Cuius rei gnarus admirādus ille uir ad Corinthios dixit: Nō quod dominemur fidei uestre, sed adiutores sumus gaudij uestri. Maxime omnium enim Christianis nō permittitur, ut per uim corrigant peccantium delicta. At externi iudices ubi maleficos sub legibus prehēderint, multam suam potestatem in ipsos exercent, & inuitos ipsos moribus ipsorū uti uctant. Hic uero non cogendo, sed persuadēdo, talem meliorem facere oportet. Neq; enim nobis tanta potestas à legib. data est, ad prohibendum peccantes: neq; si etiā eā leges dedissent, haberemus ubi potestātē hanc exercere possimus: quū non eos qui per uim à malicia abstinent, sed qui uoluntatis proposito mali non sunt, Deus coronet. Quapropter multa opus est industria, quo persuadeantur ægroti, ut ultro seipsum sacerdotum medelis subijciant, & non hoc solum, sed ut etiam medicinæ nomine gratiam

Episcoporū  
dominū qua  
le lit.  
»

Potestas Ec-  
clesiastica  
quanta sit.

tiam ipsis habeant. Siue enim quis ligatus rebel-  
 larit, & superior illo euasit, deterius malum esse  
 cit: siue sermones instar ferri secantes praetermi-  
 serit, per contemptum aliud uulnus addidit, &  
 facta est medele occasio, grauioris morbi causa.  
 Qui enim cogat, & inuitum curare possit, non  
 est. Quid igitur quis faciat? Nam si mitius tra-  
 ctes eum qui multa seueritate opus habet, & nō  
 dederis profundam plagam ei qui tali indiget,  
 partem quidem recidisti, partem uero uulneris  
 dimisisti. Si uero immodice debitam sectionem ad-  
 hibueris, saepe ille ad dolores desperans, omnibus  
 aceruatim proiectis, & medicamento, & ligamē-  
 to seipsum praecipitauit, iugo contrito, & uincu-  
 lo disrupto. Et sanè multos recensere possim, qui  
 ad extrema mala delati sunt, eo quod digna pœ-  
 na peccatorum ab ipsis exigeretur. Nō enim sim-  
 pliciter ad delictorum mensuram, pœnam irroga-  
 re oportet. Sed etiam peccantium animū ac uolū-  
 tatem cōiectare, ne forte dum ruptum sarcire uis,  
 peiorem fissuram facias: & dum collapsum eri-  
 gere studes, maiorem casum facias. Nam debiles  
 & diffusi, & magna ex parte mundi delicijs  
 addicti, insuper que qui ob generis claritudi-  
 nem, & potentiam se iactare possunt, si placi-  
 dè & paulatim de peccatis suis admonentur,  
 possint

Pœna peccā-  
 tibus irrogan-  
 dæ modus.

possint utiq; si non perfectè, at saltem ex parte, à  
 detinentib. ipsos malis liberari. Si uero quis acer-  
 uatam inducat castigationem, etiam modica cor-  
 rectione ipsos priuat. Anima enim semel crubescere  
 immodice coacta, ad impudentiam delabitur,  
 & de cetero neq; mansuetis sermonibus cedit, ne-  
 que minis flectitur, neq; beneficijs impellitur, sed  
 multo deterior euadit illa ciuitate, quam Prophe-  
 ta uituperàs dixit: Facies meretricis tibi est, impu-  
 dens facta es aduersus omnes. Quapropter multa  
 prudentia pastori opus est, & infinitis numero  
 oculis, ut animæ habitum undiquaque circumspi-  
 ciat. Quemadmodum enim multi ad contumaci-  
 am eleuantur, & in desperationem incidunt suæ  
 ipsorum salutis, ex eo quod amara medicamenta  
 ferre non possunt: Sic sunt aliqui, qui propterea  
 quod iustum peccatorum suorum supplicium nõ  
 subierunt, ad negligentiam conuertuntur, & mul-  
 to sunt deteriores, & ad amplius peccandũ per-  
 ducuntur. Proinde nihil horum inexpensum o-  
 mittere oportet sacerdotem, sed omnibus diligen-  
 ter peruestigatis, conuenienter sua adhibere, ut  
 ne uanum studium ipsius fiat. Non autem in hoc  
 solo, sed etiam in abruptis ab Ecclesia membris  
 aduincendis, multa ipi; impendere negocia uide-  
 re est. Etenim ouium pastor, gregem sequentem  
 habet

Verecundia  
 immodice in-  
 ducta ad im-  
 pudẽtiam de-  
 labitur.

habet quocumq; duxerit. Si uero etiam aliqua o-  
 uicula à recta uia aberrarint, & bono pabulo o-  
 misso, in macilentis ac praeruptis locis pascantur,  
 satis est clamore edito uehementiore compellere.  
 ac rursus ad gregem id quod secessit reducere. At  
 si à recta fide homo aberrarit, multa pastori o-  
 pus est occupatione, cōstantia, patientia. Non e-  
 nim per uim trahere licet, neq; per timorem coge-  
 re. Verum persuasum oportet rursus ad ueritatē  
 reducere, unde ab initio excidit. Generosa igitur  
 anima opus est, ut ne tædio affecta negligat, ut ne  
 desperet de errantium salute, ut assidue illud &  
 secum repuet, ac dicat: Fortassis dabit ipsis De  
 us cognitionem ueritatis, & resipiscēt ex laqueo  
 diaboli. Quapropter Dominus ad discipulos lo-  
 quens dixit, Quis nam est fidelis seruus & pru-  
 dens? Qui enim seipsum exercet, ad seipsum solū  
 redigit utilitatem. At pasturæ lucrum ad omnem  
 populum transit. Et qui quidem pecunias egenti-  
 bus distribuit, aut etiam aliās ab his qui iniuria  
 afficiuntur, uim propulsat, proximis quidem ali-  
 qua parte prodest, tanto uero minus quàm sacer-  
 dos, quantum interest inter animam & corpus.  
 Merito igitur Dominus studium circa oues, dile-  
 ctionis erga ipsum, signū esse dixit. Tu uero, in-  
 quit ille, non amas Christum? Et amo inquam, &  
 C amare

Pasturæ lu-  
 crum populi  
 est,

amare nunquam desinam: uerum timeo, ne amatum à me exasperem. Et quod possit esse, inquit ille, magis obscurū ænigma, quàm hoc est? Si Christus quidem amanti ipsum, oues suas pascere iussit: tu uero propterea non pascere dicis, quoniã eum qui iussit amas? Non est ænigma, inquã ego, hic sermo, sed ualde etiam manifestus ac simplex. Si enim sufficiens essem ad administrandum principatum hunc prout Christus uoluit, deinde effugissem, conueniebat de eo quod à me dictum est ambigere. Quando quidem uero inutilem me ad hanc administrationem anime imbecillitas efficit, ubi quæstione dignum est id quod à me dictum est? Etenim timeo ne gregem Christi uigentem et pinguem assumam, deinde ex inanimaduertentia ipsum corrumpam, atq; ita contra me ipsum exasperem Deum, qui adeò illum dilexit, ut seipsum tradiderit propter ipsius salutem ac honorem. Ludens hæc dicis, inquit ille, si enim serio hæc diceres, haud scio quomodo aliter magis nos ostendere potuisses iuste dolere, quàm per uerba hæc, per quæ tristitiã à nobis propellere uoluisti. Ego enim etiam prius gnarus quod me decepisti, ac prodidisti, nunc sanè multo magis, quando etiã delicta tua diluere ac excutere aggressus es, hoc di-

sco,

Episcopatus  
fugæ excusa-  
tio,

sco, et probè intelligo ad quæ mala me perduxisti.  
 Si enim propterea te ipsum à tali administratione  
 subduxisti, quod animam tuam ad negocij molem  
 non sufficere intellexisti, me prius excuisse o-  
 portuit, etiamsi magnam ad hoc cupiditatem ha-  
 buissem, nedum quando etiam omne de his consi-  
 lium tibi permisi. Nunc uero quod tuum erat so-  
 lum intuitus, quod nostrum erat neglexisti. Atq;  
 utinã me neglexisses: esset enim de quo gauderẽ.  
 Tu uero etiã quo facilius caperemur, his qui nos  
 præhensos uoluerũt, ad insidias struendas cõsiliũ  
 dedisti. Neq; enim est quod ad illud cõfugere pos-  
 sis, quod multorũ opinio te deceperit, et magna  
 quædã ac admirãda de nobis suspicari persua-  
 rit. Neq; enim nos ex illustribus, et illis quos ho-  
 mines admirãtur, sumus: neq; etiã si hoc ita ha-  
 beret, multorũ opinionem ueritati præferre o-  
 portebat. Si enim nõquam experimentũ nostræ  
 cõsuetudinis tibi exhibuissemus, uideri possis iu-  
 ste prætexere uulgi famam, quæ te ad ferendũ de  
 me suffragiũ induxerit. Si uero nemo ita nostras  
 res cognitã habuit, imò etiam magis quàm pa-  
 rentes, et qui nos educarunt, animam nostram  
 nosti, quam adeo probabilem rationem proferre  
 poteris, qua persuadere audientes possis, quòd  
 non uolens, nos in hoc periculum detruseris.

Expostulatio  
 grauissima.

At enim hæc in præfens omittantur. neq; enim te horum nomine in ius uocari uolumus, dic quid accusantibus respondebimus? At neq; ipse inquam, prius ad illa procedam, donec ea quæ ad te pertinent dissoluerò, etiamsi tu nos sexcenties à crimine inculpabiles dimittere uelis. Tu enim dixisti ignorantiam nobis ueniam asserere, & nos ab omni accusatione dimittere, si nihil tuarum rerum scientes, ita te ad præsentem rerum statum perduximus. Quandoquidem uero non ignorantes, sed exacte tuas res scientes te prodidimus, propterea nobis omnem uerisimilem prætextum, ac istam excusationem sublatam esse. Ego uero contrarium penitus assero, quod huiusmodi res multa examinatione opus habent: & qui ad sacerdotium idoneum offerre uolet, cum non fama solum multorum contentum esse oportet, sed unà cum illa, etiam ipsum maxime omnium, & præ omnibus res illius expendisse. Nam beatus Paulus dum dixit, Oportet autem ipsum etiam bonum habere testimonium ab extraneis: non tollit exactam & exploratam scrutationem, neq; uelut præcipuum signum, talium probationem ponit. Multis enim prius productis, postea hoc apposuit, ostendens quod non hoc ipso solum contentum esse oportet ad huiusmodi electiones, sed cum alijs etiã hoc

Sacerdotio  
designandi  
examinatio.

hoc ipsum assumere. Saepe enim contingit, ut uulgi fama mentiatur. Verum exacta examinatione praegressa, nullius de caetero periculi suspicio ex illa esse debet. Quapropter post alia, etiam ea quae ab extraneis proficiscuntur, ipse ponit. Non enim simpliciter dixit, Oportet autem ipsum bonum habere testimonium: sed Ab externis, adiecit: id indicare uolens, quod ante famam ab extraneis exacte ipsum perscrutari oportet. Quando igitur & ipse res tuas noueram magis quam tui parentes, uelut etiam ipse confessus es, propterea sane iustum fuerit, ut ab omni culpa nos dimittas. Ob hoc igitur, inquit ille, haudquaquam uitare possis ne actione conueniaris, si quis te in ius uocare uellet. An non meministi, & te saepe a nobis au disse, & re ipsa cognouisse, animae nostrae ingenerositatem? Non propterea pusillanimitate nostram semper irridere solebas, quod etiam a uulgaribus curis facile concidimus? Memini quidem inquam, me saepe haec uerba ex te audiuisse, neque hoc negauerim. Ego uero si quando te derisi, ludens, non uerum dicens id feci. Attamen nunc nihil de his contendo. Cupio autem ut & tu aequalem mihi exhibeas beneuolentiam, quum alicuius boni ac uirtutis ex his quae tibi adsunt meminisse uolueris. Nam etiamsi mendacij nos coarguere

Animam generosam in Episcopo requiri.



tentaueris, non parcemus, sed ostendemus te ex modestia potius quam ueritate hæc loqui: nulla quidem alia re usuri ad eorū quæ dicemus ueritatem asserendam, quam uerborum tuorum & affectionum testimonio. Primum uero illud te interrogare uolo, Nosti quanta sit dilectionis uis? Equidem Christus omnibus miraculis omissis, quæ ab Apostolis perficienda erant, In hoc, inquit, cognoscent homines, quod discipuli mei sitis, si in tuo inter uos dilexeritis. At Paulus cõsummationē legis ipsam esse dicit: & si hæc absit, nullā esse donorum utilitatem. Hoc sanè præcipuum bonū, signum illud Christi discipulorum, quod superiorem donis locum habet, in tua anima generosè implantatū, & multo fructu turgens uidi. Et Ba filius, Quòd quidē, inquit, multa mihi rei huius cura est, & quod maximum circa hanc studium colloco, etiam ipse confiteor. Quod uero neq; ex dimidio ipsam perfecero, etiam ipse mihi testimonium dabis, si ad gratiam dicere omiseris, & ueritatem præferre uolueris. Proinde ad argumēta, inquam, me conuertam, & quod promisi, nūc faciam, quum ostenderit te modestum esse malle quam uerum dicere. Reseram autem rem quæ nuper ad eò accidit, ut ne quis uetera narrancem suspectum habeat, ex temporis intercapedine ueritati

Signum disci-  
puloꝝ Chri-  
sti.

Charitatis  
præstantia.

tati umbram me conari obducere, quum ueritas non permittat ut affingamus aliquid his quæ ad gratiam à nobis dicuntur. Quum enim quidam ex familiaribus nostris, contumeliæ ac procacitatis crimen per calumniam illapsus, extremè periclitaretur, tunc neq; quopiam te accusante, neq; illo periclitaturo rogante, in medium periculum te ipsum coniecisti. Et factum quidem tale erat.

Quo uerò etiam ex uerbis te conuincamus, quum hanc in te promptitudinem alij non amplecterentur, alij laudarent & admirarentur, & quid faciam aduersus eos qui accusabant dixisti? aliter enim amare non noui, quam ut simul etiam animam meam exponam, quando aliquem familiarem periclitantem seruare opus fuerit. Atq; sic uerbis quidem alijs, eadem uero sententia ea quæ Christus dixit loquutus es, dū ad discipulos perfectæ dilectionis terminos statuens ait: Maiorē enim hac charitatē nemo habet, inquit, quam ut quis animam suā pro amicis suis ponat. Si itaq; maiorem hac inuenire nō datur, ad finē ipsius peruenisti, et per ea quæ fecisti, et per ea quæ dixisti, ad apicē ipsius cōscendisti. Ob hoc te prodidimus, ob hoc fraudē illā struximus. Ergo te persuasimus, quod neq; ex maleuolentia, neq; ut te in periculū conijceremus, sed utile hoc fore gnari, ad studium hoc te

Basilij charitatis factum & dictum.

pertraximus? Deinde sufficere putas, inquit ille, ad proximorum correctionem, charitatis facultatem? Maxime quidem inquam, magnam partem ad hoc cōferre poterit. Si uero & prudentiæ tuæ exempla proferre nos uis, etiam hanc uiam ingrediemur, & prudentem te magis esse, quàm charitati indulgentem ostendemus. Ad hoc erubescens ille ac rubefactus, Nostra quidē in præsens omitantur, inquit. Neq; enim ab initio de his rationem à te exegi. Si uero quid habes quod ad externos iuste responderi possit, de his ego te libenter uerba faciētem audierim. Itaq; umbratili hac pugna omiſſa, dic quid ad reliquos respondebimus, tum eos qui nos honorarunt, tum eos qui super illis uelut contumelia affectis dolent. Et ipse deinceps inquam, ad hoc festino. Postquam enim ad me pertinens sermo absolutus est, facile et ad hanc excusationis partem me conuertā. Quæ est igitur horum accusatio, & quæ crimina producunt? Contumelia affectos se esse aiūt à nobis, & grauiā passos, quòd honorem quo nos honorare uoluerūt non suscepimus. Ego uero primum illud dico, quod cōtumeliæ in homines nullā rationem habere oportet, quum per honorem erga illos, Deum offendere cogimur. Neq; enim his qui indignantur ob hæc, periculo uacat hæc indignatio,

Basilij prudentia.

Præstat offendere homines quam Deum.

tio, sed et multum damnum affert. Oportet enim  
 arbitror, Deo dicatos, & ad ipsum solum respici  
 entes, ita religiose affectos esse, ut neq; pro contu  
 melia hoc ducant, etiã si nullies ignominia affecti  
 essent. Quod uero neq; in mentem uenerit mihi,  
 huiusmodi quiddam audere, hinc manifestũ est.  
 Si enim ex contumacia & ambitione, uelut saepe  
 dixisti quosdam calumniari, ad hoc ego perue  
 nissem, possint utiq; accusatores decernere, maxi  
 mam me iniuriam intulisse, ut qui contempserim  
 uiros magnos & admirandos, & adhuc benefa  
 ctiores. Si enim iniuria afficere eos qui nihil mali  
 meriti sunt, supplicio dignum est: quomodo hono  
 rare cõuenit eos, qui sua sponte honorare uolue  
 rũt? Neq; enim hoc quis dicere poterit, quod aut  
 paruo aut magno beneficio à me affecti sint, atq;  
 sic pro beneficijs illis talionem repederint. Quã  
 to igitur supplicio dignum fuerit, rependere con  
 traria? Si uero hoc quidem neq; in mentem un  
 quam uenit, cum alio uero proposito graue hoc  
 onus declinauimus, cur ignoscere omittentes, si sa  
 nè amplecti uoluerint, accusant quod nostrae ip  
 sorum animae pepercimus? Ego enim in tantum  
 absum ab eo ut uiros illos contumelia affecerim,  
 ut etiam honorasse ipsos dicere possim mea recu  
 satione. Et ne mireris si præter opinionem esse ui

Contumaciæ  
 & ambitio  
 nis excusatio.

Contumeliæ  
 in eligētes ip  
 sũ excusatio.

detur id quod dico. uelocem enim & huius solu-  
 tionem inducemus. Tunc equidem etiam si non o-  
 mnes, at illi saltem quibus male dicere iucundum  
 est, multa habuissent, quæ & suspicarentur et di-  
 cerent, tum de me electo, tum de illis qui elegerēt.  
 Nimirū quod ad diuitias respicerent, quod gene-  
 ris splendorem admirarentur, quod blanditijs à  
 nobis pellecti ad hoc nos perduxerint. Nec possi-  
 dicere, an etiā quod pecunijs persuasi essent. for-  
 tassis enim & hoc quispiā suspicaretur. Et Chri-  
 stus quidem piscatores, & aulaeorum ac tento-  
 riorum artifices, & publicanos, ad hunc princi-  
 patū uocauit. Hi uero ex quotidiana opera uiuē-  
 tes respuunt. Verum si quis eloquentiam exter-  
 nam tractet, & in ocio alatur, hunc amplectun-  
 tur & admirantur. Cur uerò tandem eos qui infi-  
 nitos sudores in Ecclesiæ utilitatem pertulerūt,  
 neglexerunt: eum uero qui eiusmodi labores nū-  
 quam gustauit, sed omnem etatem in uano exter-  
 næ eloquentiæ labore consumpsit, derepente ad  
 hunc honorem pertraxerunt? Hæc & plura his  
 dicere poterant, si nos principatū suscepissemus.  
 At nunc minime. Omnis enim maledicendi occa-  
 sio ipsis recisa est: et neq; habent quod mihi adu-  
 lationem, neq; quod illis acceptam mercedem ex-  
 probrent, nisi fortè quidam simpliciter furere  
 uelint.

Calumniarū  
 fuga.

uelint. Quomodo enim adulans, & pecunias insumens, ut honorem assequeretur, quando iam assequi oportebat, alijs ipsum dimisisset? Per similes enim hoc esset, uelut si quis multos circa terram labores perferret, quo ipsi seges multa fruge onusta sit, & torcularia uino redundent. & post infinitos sudores, & multum pecuniarum sumptum, quum iam metere ac uindemiare oporteret, tunc alijs fructuum collectionem concedat. Vides quod tunc quidem, etiam si longe abessent à ueritate ea quæ dicerentur, attamen habuissent occasionem hi qui calumniari uoluissent, uelut qui non recto rationis iudicio electionem fecissent. Nunc uero nos ipsis neque hiare, neque simpliciter os aperire concessimus. Et quæ quidem circa principium dicta essent, talia sanè fuissent, & his plura. Post assumptam autem administrationem, non suffecissemus quotidie exprobrantibus respondere, etiam si omnia citra delictum à nobis peracta essent: nedum quando etiam in multis delinquere, præ inexperientia & ætate coacti fuissemus. Nunc uero & ab hac accusatione ipsos liberauimus. tunc autem in infinita obprobria ipsos coniecissem. Quis enim non dixisset? Pueris stolidis negocia adeo admiranda ac magna commiserunt, deuastarunt gregem Dei, ludibrium et rifus res Christianorum factæ sunt.

Prudentia nō  
ex ætate, neq;  
senex e canis  
æstimandus.

At nunc omnis iniquitas os suum obturabit. Nā  
etiamsi propter te hæc dicant, At tu statim ipsos  
factis docebis, quod prudentiam ex ætate iudica  
re non conuenit, neq; senem ex canis æstimare, ne  
que iuuenem à tali administratione penitus pro  
hibere, uerum recens implantatum ac nouitium.  
Maximum autem inter utrosq; discrimen est. Cō  
tumeliæ igitur in eos qui nos honorarunt gratia,  
& quod ipsos pudefacere nolentes, hunc honorē  
fugimus, hæc sanè quæ recensuimus dicere possu  
mus. Quod uero neq; hoc fecerimus arrogantia  
ac contumacia aliqua inflati, & hoc nunc pro ui  
ribus meis conabor tibi manifestū facere. Si enim  
imperij militaris aut regni electio nobis propo  
sita esset, et hac mente præditus essem, merito quis  
hoc suspicari posset. Aut tūc quidem ob contuma  
ciā nemo, uerū ob dementiam omnes nos dānare  
possent. Quum autem propositum sit sacerdoti  
um, quod in tantum superat regnum, quantū in  
terest inter carnem & spiritum, audebit quis nos  
superbiæ nomine accusare? Et quomodo non ab  
surdum est, eos qui parua respuerunt, uelut deli  
rantes accusare: eos uero qui in ualde eminentib.  
hoc faciunt, à dementiæ quidem crimine exime  
re, superbiæ uero culpæ subijcere? quemadmodū  
si quis gregem bouum contemneri, & bubulcum  
agere

Superbiæ ex  
cusatio.

agere nolenti, superbiae quidem nequaquam, ue- rum mentis emotæ crimen impingat: eum uero qui uniuersis orbis terrarum regnum, & ut esset dominus exercituum per omnem terram, suscipere nolit, non furere, sed superbum esse dicat. At nõ sunt hæc, non sunt: neq; nos magis quàm seipsos, qui talia dicunt, criminantur. Nam cogitare solum quod fieri possit, ut quis ex humana natura dignitatem illam contemnat, signum est contra proferentes, opinionis eius quam de re ista habent. Si enim non quorumlibet, & quorum non multus est respectus, ipsam esse putarent, ne suspicari quidem hoc in mentem ipsis uenisset. Cur enim de angelorum dignitate nemo unquam tale quiddam suspicari ausus fuit, ac dicere, quod humana anima, propter contumaciam ac arrogantiam, nolit ad naturæ illius dignitatem peruenire? Magna enim quædam de uirtutibus illis imaginamur. Et hoc non permittit nos credere, quod possit homo maius quiddam illo honore cogitare. Quare ipsos potius quis arrogantie accusarit, qui nobis eius crimen impingunt. Non enim unquam de alijs hoc suspicarentur, nisi prius ipsi negocium hoc uelut nullius rei contempsissent. Si uero gloriæ respectu hoc nos fecisse dicunt, si- biipsis aduersari ac repugnare palam conuicentur.

Simile.

Angelorum  
dignitas.Gloriæ excu-  
satio.

tur.



tur. Neq; enim noui quales nam alios præ his exquirere potuissent sermones, si nos à uanæ gloriæ criminibus liberos esse uoluissent. Si enim hic amor aliquando me inuasisset, assumere potius cōuenebat quàm fugere. Cur hoc? quia multam nobis hoc gloriam peperisset. Nam qui huius ætatis essem, & paulo ante à temporalibus curis discessissem, derepente ita me usum esse apud omnes admirandum, ut his qui omne tempus in huiusmodi laboribus consumpsissent, prælatum esse, & plures calculos quàm omnes illi accepisse: omnes sanè persuasisset, ut admiranda quedã ac magna de nobis suspicarentur, & præclaros nos ac insignes effecisset. Nūc uero paucis exceptis, maior Ecclesiæ pars ne ex nomine quidē nos nouit, quare neq; quod recusauimus, omnibus notum erit, sed paucis quibusdã, quos neq; ipsos arbitror omnes rem clarè nosse. Verisimile est autem & multos ex his, aut neq; nos omnino electos esse putare, aut post electionem repulsos, ut qui inepti uisi simus, et non ultrò fugerimus. At qui uerū sciunt, inquis, illi admirabuntur. At qui hos tu dixisti calumniari nos. uelut uanæ gloriæ studiosos ac superbos. Vnde igitur laudem sperare datur? & multis? at non clare rem nouerūt. Imò ex paucis? at & hic nobis res in contrarium conuersa est.

Neq;

Neq; enim alterius alicuius rei gratia nunc huc ingressus es, q̄ ut discas quid illis respōdere oporteat. Et quid horū gratia nunc discepto? Quod enim etiā si omnes uerū nossent, neq; sic nos arrogantiae aut ambitionis dānare oportebat, expecta paululū, & clarē hoc cognosces: & ad hoc rursus illud, Quod non solum illis qui hanc audaciā audent (si modo quisquam est talis homo, neq; enim ego esse credo) sed etiam his qui de alijs suspicantur, periculum non exiguū incumbet. Sacerdotiū enim perficitur quidem in terra, uerum inter caelestes res locum habet: & meritō sanē. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non alia aliqua creata uirtus, sed ipse paracletus hanc consequentiā cōstituit, et adhuc manentes in carne angelorum ministeriū imaginari persuasit. Quapropter conuenit sacerdotem, uelut in ipsis caelis, in medio illarū uirtutū stantem, ita purum esse. Verenda quidem erant & horrenda etiā ea quae gratiam praecesserunt, ueluti erant tintinnabula, simbriae, lapides pectoris & chlamydis, mitra, retinaculū capitis, tunica talaris, bractea aurea, sancta sanctorum, magna in interioribus quies. Verum si quis ea quae sunt gratiae expenderit, uerenda illa & horrenda, exigua esse comperiet: & id quod de lege dictum est, etiam hic uerum esse

Sacerdotij  
praestantia.

Sacerdotum  
habitus in ue-  
teri Testa-  
mento.

cogno-

20 cognoscet, Nimirum quod non glorificatum est id  
 21 quod glorificatum est, in hac parte, propter emi-  
 nentem gloriam. Quum enim uideris Dominum  
 oblatum, & sacerdotem uictimæ incubentem, &  
 apprecantem, & omnes precioso illo sanguine  
 rubefientes, num adhuc cum hominibus te esse  
 putas, & in terra consistere? & nō statim ad cœ-  
 los migrasti, & omni carnali cogitatione eiecta,  
 nuda anima & pura mente, quæ in cœlis sunt cō-  
 templaris? O miraculum, ô Dei erga homines be-  
 nignitatem, qui cum patre in supernis sedet, cir-  
 ca illam horam omnium manibus tenetur, et dat  
 seipsum uolentibus cum complecti ac cōprehē-  
 dere. Faciunt autem hoc omnes per oculos. Num  
 igitur hæc digna uidentur tibi ut contemnantur?  
 aut alia esse, ut possit quis cōtra ipsa se attollere?  
 Vis etiam ex alio miraculo huius sacrificij excel-  
 lentiam uidere? Depinge mihi oculis Heliam, &  
 immensam cateruam circumstantem, & uicti-  
 mam in lapidibus positam, & alios quidem om-  
 nes in quiete & multo silentio, solum autem pro-  
 phetam precantem. Deinde repente flammā ex  
 cœlis supra uictimam labentem: admiranda sunt  
 hæc, et omni stupore referta. Transi itaque illinc  
 ad ea quæ nunc perficiuntur, & nō admiranda  
 solum uidebis, sed etiam omnem stuporem exu-  
 perantia

Sacrificij  
 Christiani  
 ritus.

Helie sacrifi-  
 cium.

perantia. Consistit enim sacerdos, non ignem detrahens, sed spiritum sanctum. Et supplicationem diu facit, non ut fax aliqua ex supernis demissa consumat ea quae sunt proposita: sed ut gratia uictimae illapsa, per illam omnium animas incendat, & argento ignito ac excocto splendidiore efficiat. Huius igitur horrendissimi mysterij, quis non insania correptus, neque mente motus, contemtor esse possit? An ignoras quod nunquam humana anima ignem illum sacrificij sustinuisset, uerum omnes prorsus perditii fuissent, nisi magnum gratiae Dei auxilium affuisset? Si enim quis secum reputarit, quanta res sit, ut is qui homo est, & adhuc carni ac sanguini implicatus, ad beatam illam ac incorruptibilem naturam propè accedere possit, tunc sanè probè uidebit, quanto honore spiritus gratia sacerdotes dignata est. Per illos enim & haec perficiuntur, & alia nihil his inferiora, tum ad dignitatis, tum ad salutis nostrae rationem spectantia. Qui enim terram habitant, & in hac conuersationem habent, eorum quae in caelis sunt gubernationem sibi commissam habent: & potestatem acceperunt, quam neque angelis, neque archangelis Deus dedit. Non enim ad illos dictum est. Quaecumque ligaueris in terra, erunt ligata et in caelo: & quaecumque solueris in terra, erunt soluta in

Sacerdotum  
dignitas.

Potestas sacerdotum.

ceelo. Habent equidē & hi qui dominantur in terra, uinculorum ac ligandi potestatem, sed corporum solum. Hoc autem ligamentum ipsam animā coningit, & cœlos penetrat. Et quæcunq; fecerint infernè sacerdotes, ea Deus supernè rata habet, & seruatorū sententiā Dominus confirmat. Et quid nā præterquā omnem cœlestē potestatem ipsis tradidit? Quorum enim, inquit, remisistis peccata, remittuntur ipsis: & quorum retinueritis, retēta sunt. Quæ maior hac potestas esse possit? Omne iudicium dedit pater filio. Video autē omne id his in manum traditum à filio. Tanquā enim ad cœlos iam translati, & humanam naturam transgressi, & à nostris affectibus liberati, ita ad hunc principatum perducti sunt. Deinde si quidem rex alicui ex subditis suis hunc honorē tradat, ut quos uelit in carcerem mittere possit, ac rursus dimittere, is apud omnes uenerandus habeatur & spectabilis. Qui uero à Deo tanto maiorem potestatem accepit, quanto præstantius est cœlum terra, & animæ corporibus, is adeo paruum honorem accepisse quibusdam uideatur, ut etiam quis cogitare possit, quòd aliquis ex his cui hæc concredita sunt, donum id contemnat. Absit insania. Manifesta enim insania est, contemnere tantum principatum, sine quo neque salutem,

Dissimile

DE PRAEST. EPISCOPI. 52

Autem, neque promissa bona consequi datur. Si enim non potest quis ingredi in regnum caelorum, si non per aquam et spiritum regeneratus fuerit: & qui non manducat carnem Domini, ac sanguinem ipsius bibit, eiectus est e uita aeterna: omnia uero haec per aliud nihil, sed solum per sanctas illas manus, sacerdotes inquam, perficiuntur: quomodo quis sine his, aut gemmae ignem effugere poterit, aut coronas repositas consequi? Hi enim sunt hi, qui spirituales parturitiones sibi commissas habent, & quibus partus per baptismum creditus est. Per hos induimus Christum, consepelimur filio Dei, membra euadimus beatæ illius carnis.

Sacerdotes,  
patres.

Quare nobis non solum principibus ac regibus fuerint magis uerendi, sed etiã merito patribus colendi. Hi enim ex sanguinibus et uoluntate carnis nos genuerunt: illi uero natiuitatis ex Deo nobis autores sunt, beatæ illius regenerationis, ueræ libertatis, & secundum gratiam adoptionis.

Lepram corporis depellendi, imò depellendi quidem nequaquam, uerum eos qui ab illa liberati essent probandi tantum, potestatem Iudeorum sacerdotes habebant. Et nosti quomodo sacerdotum genus tunc magnum erat, & pro quo certatim pugnaretur. Hi uero non lepram corporis, sed immundiciam animæ: non depulsam probandi, sed penitus

Sacerdotum  
Iudeorum  
potestas.

depellendi potestatem acceperunt. Quare qui hos contemnunt, multo fuerint impientiores quam hi qui erant cum Dathan, et maiore supplicio digni. Illi enim etiam si non pertinentem ad ipsos uendicarent principatum, attamen admiranda quadam de ipso habebant opinionem, et hoc per multum studium quo illum ambierunt, declarauerunt. Hi uero quando ad meliorem statum res deuenit, et tantum incrementum accepit, tunc est contrarium quidem illis, uerum longe maiora quam illi audent. Neque enim æquale est, quantum ad contemptus rationem attinet, non pertinentem ad se honorem cupere, et tanta bona contemnere. Verum tanto maius hoc illo est, quantum interest inter contemnere et admirari. Quæ igitur adeo misera anima sit, ut tanta bona contemnat, haud facile dixerim ego, nisi si qua æstro diaboli stimulata agiteretur. At enim reuertor eò unde digressus sum. Non enim in castigando solum, sed etiam in beneficiendo, Deus maiorem facultatem sacerdotibus quam naturalibus parentibus dedit: atque tanta est utrorumque differentia, quanta est presentis uitæ et futuræ. Hi enim ad hanc, illi ad illam generant. Et parentes quidem neque corporalem mortem ab ipsis depellere possunt, neque morbum inductum propulsare. Hi uero ægrotantem et perituram animam

Sacerdotes  
parentibus  
potiores.

nimam saepe seruarunt, dum alijs mitiorem castigationem induxerunt, alios uero ne incidere quidem ab initio permisissent, non modo docendo et admonendo, sed etiam per preces auxiliando.

Nō enim quum nos regenerant solum, sed etiam postea, potestatem habent remittendi peccata.

Aegrotat enim quis, inquit, inter uos, accersat  
presbyteros Ecclesiae, & orent super ipsum, un-  
gentes ipsum oleo in nomine Domini, & oratio fi-  
dei seruabit aegrotantem, & eriget ipsum Domi-  
nus: & si peccata perpetrarit, remittentur ipsi.

Deinde naturales parentes, si quidem filij offenderint aliquos praeminentes ac multum potētes, nihil ipsis opitulari possunt. At Sacerdotes non principes, neq; reges, sed ipsum saepe iratum Deū ipsis reconciliarunt. Adhuc igitur post haec audebit quis nos arrogantiae accusare? Ego quidem ex relatis tantam reuerentiam arbitror animas audientium occupasse, ut non amplius fugientes, sed à seipsis adeuntes, & hunc honorem adipisci studentes, arrogantiae ac temeritatis damnent. Si enim hi qui urbium principatus sibi commissos habent, ubi non prudentes & ualde acuti homines fuerint, & urbes euertūt, & seipsos insuper perdunt: qui Christi sponsam ornare sorte adeptus est, quanta facultate tibi opus habere uidetur, tū



Paulus cum timore & tremore sacerdotiū tractauit.

ex seipso, tum ex supernis, ut ne delinquat? Nemo magis Paulo Christum dilexit, nemo maiore gratia dignus factus est: attamē post tot praerogatiuas, timet adhuc & tremet de hoc principatu,  
 » & de his qui ipsi subditi erant. Timeo enim, inquit, ne forte uelut serpēs Euam decepit per uersutiam suam, ita corrūpantur sensus uestri à simplicitate erga Christum. Et rursus: In timore & tremore multo apud uos fui. Homo in tertium raptus caelum, et arcanorum Dei particeps factus, & tot mortes perpeffus, quot diebus postquam credidit uixit: homo qui neq; data à Christo potestate uti uoluit, ut ne quis ex his q̄ credidissent offendiculum incurreret. Si itaque is qui mandata Dei abunde implebat, & nusquam sua, sed semper subditorum cōmoda querebat, adeò timidus erat, semper ad principatus magnitudinem respiciens: quid faciemus nos, qui multis locis nostra quærimus, qui mandata Christi non solum nō abunde implemus, sed magna etiam ex parte trāsgredimur? Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor? quis offendiculum patitur, & ego non uiror? Talem esse oportet sacerdotem: imò non solum talem. parua enim sunt haec, & nihil ad hoc quod dicturus sum. Quid uero hoc est? Optarim, inquit, anathema esse à Christo pro fratrib. meis,

Pauli uotum inestimabile

cogna

cognatis meis secundum carnem. Si quis hanc optionis uocem emittere potest, is dignus est ut accusetur, si episcopatum fugiat. Si uero quis absit ab illa uirtute in tantum quantum nos, is non ubi fuerit, sed quum susceperit, iuste odio habetur. Neque enim si qua militaris dignitatis electio proposita esset, deinde fabri ferrarium, aut sutorum, aut alium quendam eiusmodi opificem, in medium protractum, hi penes quos eius honoris potestas erat, exercitui praefecissent, miserum illum non recusantem, ac omnia facientem, ut ne in apertum periculum seipsum conijceret, collaudarent. Siquidem enim simpliciter uocari pastorem, & rem aggredi prout contigit, satis est, & periculum nullum est: obijciat nobis uanae gloriae crimen quicumque uelit. Si uero multam prudentiam, & multam ante prudentiam, à Deo gratiam, & morum rectitudinem, & uitae puritatem, & maiorem quam pro homine uirtutem, habere oportet eum qui hanc curam suscipit: ne me priues uenia, qui frustra ac temere perire noluerim. Etenim si quis onerariam nauem ducens, remigibus refertam, & preciosarum supellectile onustam: deinde ad gubernacula collocatum iussisset me Aegaeum aut Tyrrhenicum pelagus transire, ad primam sanè uocem resiluisssem.

ca

Simile.

Sacerdotij ad ministrandi difficultas.

Simile.

Et si quis interroget Cur? ut ne nauē demergerē,  
 utiq; respondissem. Deinde ubi quidem damnum  
 in pecunias uergit, & periculum corporis est us-  
 que ad mortem, nemo nos accusabit, quod multa  
 prouidentia usi simus. Vbi uero naufragium pas-  
 sis imminet, non ut in hoc pelagus, sed in abyssum  
 ignis cadant, & mors ipsos expectat, nō quæ ani-  
 mam à corpore dirimit, sed quæ illam cū hoc, ad  
 eternū supplicium demittit: hic quod non proteruē  
 nos in tantū periculum coniecimus, irascemini, et  
 odio habebitis? Ne faciatis hoc, rogo et supplico.  
 Noui animam meam debilissimā, & paruam. No-  
 ui administrationis illius magnitudinem, & mul-  
 tam rei difficultatem. Plures enim fluctus sacer-  
 dotis animam agitant, quàm uenti mare pertur-  
 bant. Et primū omnium horrēdissimus uanæ glo-  
 riæ scopulus, sæuior his quos fabulatores confin-  
 gunt. Hunc autem multi potuerunt præternauig-  
 gare, & illæsi effugere. Mihi uero hoc ita diffici-  
 le est, ut neq; nunc quando nulla me necessitas ad  
 illud barathrum protrudit, ab illo malo purus es-  
 se possim. Si uero quis etiam præfecturam hanc  
 in manus tradat, tantum non manibus post terga  
 reuinctis, tradet nos bestijs illis, quæ in illo scopu-  
 lo habitant, singulis diebus dilaniandos. Quæ ue-  
 ro sunt bestia illæ? indignatio, tristitia, inuidia,  
 con-

Vanæ glo-  
 riæ scopulus.

Scopuli uanæ  
 gloriæ  
 quæ sunt be-  
 stiæ.

contentio, calumniae, irae contra eos qui nihil iniuriarum intulerunt, gaudia ob indecoros administratorum gestus, luctus ob successum, laudis amor, honoris cupido: quae sanè bestia maxime omnium humanam animam obtorto collo ducit: doctrina ad delectationem, adulationes illiberales, blanditiae degeneres, pauperum contemptus, diuitum cultus, temerarij honores, & nociua beneficia, quae & exhibentib. & suscipientibus ipsa periculum afferunt: timor scruiilis, & qui uilissimos fugitios solos deceat: libertatis dicendi sublatio: humilitatis habitus quidem multus, ueritas aut nequaquam, reprehensiones ac increpationes sublatae. imò contra humiles quidem, etiam ultra mensuram: in his uero qui potentia praediti sunt, neque labia diducere quis audeat. Has enim omnes, & his adhuc plures bestias scopulus ille mittit, à quibus semel captos ad tantam seruitutem pertrahi necesse est, ut etiam ad mulierum placitum saepe multa faciant, quae neque referre honestum est. Diuina etenim lex ipsas ab hoc ministerio repulit. Ille uero seipsas asciscere cogunt, & quandoquidem per seipsas nihil possunt, per alios omnia faciunt, & tanta potentia praeditae sunt, ut sacerdotes & eligant, & deponant, quoscuque uoluerint. Et superna deorsum trahi uidere est, id quod pro

Mulieres a sacerdotio repulsa.

uerbio dicitur, subditi ducunt ipsos principes. Atque  
 utinam uiri hi essent. at mulieres sunt, quibus ne  
 que docere permissum est. quid dico docere? ne lo  
 qui quidem ipsis in Ecclesia concessit beatus Pau  
 lus. Ego uero quendam audiui qui diceret, quod  
 etiam tantam ipsis dicendi libertatem concessis  
 set, ut et ecclesiarum praefectos increparent, et  
 illos amaruentius obiurgarent, quam proprios  
 suos famulos domini solent. Et ne putet me quis  
 omnes relatis criminibus subijcere. Sunt enim, mul  
 ti sunt qui haec retia transgressi sunt, et plures qui  
 capti sunt. At neque sacerdotium ob haec mala  
 culpam: nunquam enim ita ego insanierim. Ne  
 que enim ferrum caedis, neque uinum ebrietatis, ne  
 que robur contumeliae, neque fortitudinem temera  
 rie audaciae, sed eos qui donis a Deo datis non  
 ad id quod conuenit utuntur, autores esse aiunt,  
 ac puniunt, hi qui recte sentiunt. Nam sacerdo  
 tium etiam nos iuste accusarit, qui non recte ip  
 sum tractamus. Non enim ipsum relatorum malorum  
 nobis causa est, sed nos ipsum tot inquinamentis  
 sordidum facimus, quam in nobis situm est, ut qui  
 hominibus quibusuis ipsum in manus tradimus.  
 Hi uero neque suas animas prius cognitatas habentes,  
 neque ad negocij magnitudinem respicientes,  
 prompte quidem suscipiunt id quod datur: quan  
 do

Sacerdotium  
 non esse malo  
 rum causam.

Sacerdotio  
 indignos praefici.

do uero ad agendum peruenerint, prā inexperi-  
 entia tenebris offusis, innumeris malis populos  
 sibi concreditos replent. Hoc sanè hoc est quod  
 et in nobis ferè cõtigisset, si non statim nos Deus  
 ex illis periculis abstraxisset, & Ecclesiae suae &  
 animae nostrae parcens. Aut unde, dic mihi, putas  
 tot in Ecclesiis turbas generari? Ego quidè alium  
 de non arbitror, quàm ex eo quod praefectorum  
 electiones ac designationes simpliciter & prout  
 contigit, sunt. Caput enim robustissimum esse cõ-  
 ueniebat, quo reliqui corporis malos uapores  
 ex infernis partibus allatos gubernare, & prout  
 decet, deducere possit. Quum aut̄ per seipsum de-  
 bile fuerit, morbificas illas allationes propulsare  
 non potens, tunc & ipsum magis debile quàm est  
 efficitur, & de caetero unà secum etiã ipsum cor-  
 pus perdit. Quod sanè ut ne et nunc fieret, Deus  
 nos in pedum loco custodiuit, quem & ab ini-  
 tio sorte obtinuimus. Multa enim sunt ò Basili,  
 multa alia praeter relata, quae sacerdotem ha-  
 bere oportet: nos autem non habemus, & prā  
 alijs illud. A rei huius cupiditate animã puram  
 ipsi esse conuenit. Nam si cupide erga hunc prin-  
 cipatum affectus fuerit, ubi ad ipsum accesserit,  
 uehementiorem flammam accendit, & multa po-  
 testate captus, eius confirmandi gratia innumera  
 susti-

Capitis similitudo.

In sacerdote  
 requisita.

Episcopatus  
cupiditas dā  
nata.

sustinet mala, siue adulari opus fuerit, siue inge-  
rosus quid ac indignum pati, siue pecunias insi-  
mere multas. Quod enim & cædibus quidam ec-  
clesias repleuerunt, & ciuitates deuastarunt, pro  
hoc principatu pugnantes, nūc omitto, ne aliqui-  
bus fidem non habentia referre uidear. Conuenie-  
bat autem opinor, tanta præditum esse erga hāc  
rem reuerentia, ut & magnitudinem ipsius quis  
ab initio fugeret, et postquam in ipsa uersaretur,  
non aliorum expectaret condemnationes, si forte  
accideret ut satis magnum delictum efficeret ut  
deponeretur, sed præueniret, ac seipsum à princi-  
patu abdicaret. Sic enim uerisimile est, etiā mi-  
sericordiam à Deo impetraturū esse. At uero si  
quis præter decorum dignitatem uendicarit, is  
omni uenia seipsum priuat, & Dei iram magis  
accendit, dum grauius adhuc delictum addit. At  
nemo unquam hoc facere audebit. Horrendum  
est enim, reuera horrendum, hunc honorem cupe-  
re. Et non hoc dico beato Paulo repugnans, sed  
etiam uerbis ipsius ualde consentiens. Quid enim  
ille dicit? Si quis episcopatū appetit, honestū opus  
desiderat. Ego aut non opus, sed autoritatem &  
potentatū desiderare, horrēdum esse dixi. Et hoc  
desideriū omni studio ex anima expellere oport-  
ere arbitror, et neq; ab initio permittere ipsam  
ab

Episcopatū  
appetere ho-  
nestum opus  
cupere est.

ab illo detineri, quo cum libertate omnia ipsi facere liceat. Qui enim non cupit in hac potestate monstrari, is neq; depositionem ab ipsa timet: quum autem non timeat, cum conuenienti Christianis libertate omnia facere poterit. Nam qui timent ac tremunt ne inde deponantur, amarum seruitutem sustinent, & multis malis refertam, et sepe homines ac Deum offendere coguntur. At non ita animo affectum esse oportet. Verum quemadmodum in bello generosos milites uidemus & prompte praefigi, & fortiter cadere: sic & eos qui ad hanc administrationem perueniunt, & ad sacerdotium ascisci, & ab hoc principatu abdicari oportebat, uelut uiris Christianis conuenit: gnaros, quod talis abdicatio non minus coronam affert, quam ipse principatus. Quum enim quis nihil indecens, neque dignitate illa indignum admiserit, & hinc adeo huiusmodi quiddam perpeffus fuerit, is & iniuste ipsum deponentibus supplicium, & sibi ipsi mercedem ampliozem parit. Beati enim, inquit, estis, quum probra iecerint in uos homines, & insectati fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in caelis. Atq; haec quidem contingent, ubi quis ab a-

qualibus

Depositionis  
metus.

Simile.



qualibus, aut ex inuidia, aut ad aliorum gratiam, aut ex odio, aut non recta ratione eijcitur. Si uero ab aduersarijs hoc pati contigerit, ne uerbis quidem opus esse puto, ad lucri magnitudinem declarandam, quod ipsi per suam ipsorum improbitatem illi colligunt. Hoc igitur undiquaque circumspicere, & diligenter perscrutari oportet, ne alicubi aliqua cupiditatis illius scintilla ardens delitescat. Est equidem de quo gaudeant hi qui ab initio puri sunt ab hoc affectu, si ubi hunc principatum adepti fuerint, hunc affectum effugere poterint. Si uero quis etiam amea quam honorem hunc assequatur, bestiam illam horrendam ac immanem apud seipsum nutrit, neque dici potest in quantum caminum seipsum conijcit, postquam est assequutus. Nos autem (et ne putes nos modestiae studio apud te falsa loqui uelle) hanc cupiditatem multam in nobis habemus, & cum alijs omnibus etiam hoc non parum nos perterruit, & ad fugam hanc conuertit. Quemadmodum enim hi qui corpora amant, affectus sui grauius tormentum sentiunt, quam diu illis quos amant propinqui sunt: quum uero se quam longissime ab illis abduxerunt, etiam furorem excutiunt. Sic & his qui hunc cupiunt principatum, quam diu propinqui ipsi sunt, intolerabile malum impendet:

Cupiditatis  
episcopatus  
malum.

Episcopatus  
fugae causa 1.

Simile.

det : quum uero de ipso desperarunt, iam etiam cupiditatem unà cum ipsa expectatione extinguunt. Atq; hæc quidem una causa est, eaque non modica, sed quæ uel sola per se sufficiat, ut nos ab hac dignitate prohibeat. Nunc uero etiam altera accessit, nequaquam illa inferior.

Quæ uero est hæc? Sobrium esse oportet sacerdotem, & perspicacem, & innumeris undique oculis præditum esse, ut qui non sibi ipsi solum, sed tantæ multitudini uiuat. Quòd uero nos segnes simus, ac remissi, & uix ad nostram ipsorum salutem sufficientes, uel tu ipse fateberis, qui maxime omnium res nostras occultare soles, ob amorem quem erga me habes. Ne enim mihi ieiunium produxeris, neque uigilias, neque humi cubitiones, & reliquum durum corporis ductum. Et quantum quidem ab his absimus, nosti. Si uero etiam exacte hæc à nobis præstarentur, tamen neque sic cum presenti segnitie, quicquam nobis prodesse possint, ad præfecturam illam administrandam. Homini enim in domuncula aliqua concluso, & suarum rerum solum curam gerenti, multam utique hæc utilitatem attulerint. At ei cuius studium ad tantam multitudinem scinditur, & qui pro singulis subditis proprias curas habet,

quem

Episcopatus  
fugæ causa 2.

Animæ forti-  
tudinem in  
Episcopo re-  
quirit.

quem tandem memorabilem questum contulerint ista ad illorum incrementum, nisi animam robustam ac fortissimam habeat? Et ne mireris quod unà cum tanta tolerantia, aliud etiam fortitudinis animæ indicium quero. Nam cibos et potus, & stratum molle contemnere, multis ne laboriosum quidem esse uidemus, & maxime natura a-grestioribus, & sic per ætatem educatis, itemq; alijs multis: quum corporis structura & consuetudo, asperitatem in illis laboribus mitiget. At uero contumeliam, & insultum, & uerba molesta, & caullationes quæ ab inferioribus, tum simpliciter, tum in iudicijs dicuntur, & reprehensiones quæ temere ac frustra à principibus ac subditis fiunt, perferre, non multorum est, sed unius forte ac alterius. Et sanè uidere est eos qui in illis fortes sunt, ad hæc ita uertigine affici, ut magis quàm immanissimæ bestię efferentur. Tales autem homines maximè à sacerdotij cancellis arceamus. Nam ut Episcopus neque inedia se maceret, neque nudis pedibus ingrediatur, id nihil læserit Ecclesiæ communionem. At iracundiæ ferocitas, tum possessori, tum proximo, magnas calamitates inducit. Et qui quidem illa nō faciunt, his nullæ minæ à Deo propositæ sunt. Qui uero simpliciter irascuntur, his geenna, & geennæ ignis

Opera uera  
quæ sint.

gnis minae imminet. Quemadmodum igitur qui uanam gloriam amat, quum multorum principatum assequitur, ampliorem igni materiam exhibet: Sic qui per se degens, & in paucorum conuersatione, irae dominari non potest, sed facile ab illa corripitur, quum totius multitudinis praefecturam concreditam accipit, uelut bestia quaedam, quae undiquaque & ab innumeris stimulatur, neque ipse unquam in quiete uitam degere poterit, & sibi concreditos innumeris malis afficit. Nihil enim adeo hominis puritatem & mentis perspicuitatem turbat, uelut iracundia tumultuaria, et cum multo impetu procedens. Ira enim, inquit ille, etiam prudentes perdit. Quemadmodum enim in nocturna aliqua pugna, tenebris animae oculo obductis, non reperit quomodo amicos ab hostibus discernat, aut ignobiles à claris, sed omnibus consequenter uno utitur modo. Et si quid etiam mali perferendum sit, omnia facile suffert, quo animi uoluptatē expleat. Est enim uoluptas quaedam, irae feruor, & grauiorem tyrannidem in animam exercet quam ipsa uoluptas, totum ipsius sanum statum sursum ac deorsum dilanians. Nam & ad arrogantiam facile extollit, & inimicitias intempestiuas, et odium temerarium, & offensas leuiter ac temere incurrere assidue facit,

iracundia  
malum.

cc

& multa alia huiusmodi & dicere & facere cogit, dū multo affectionis impetu anima distrahitur, & non habet ubi facultate sua firmata nitatur, quo ad tātum impetum resistat. Et Basilius, At ego, inquit, nō amplius patiar te ulterius simulantem. Quis enim nō nouit quantū ab hoc morbo absis? Cur igitur inquam o bone, uis me ad rogum perducere? et bestiam quiescentem irritare? Aut ignoras, quōd nō ex propria uirtute hoc praestamus, sed ex eo quod quietem amplectimur? Ei uero qui sic affectus est, optandū est ut per se uiuat, & uno atq; altero amico utatur, quo incendiū illinc exoriens effugere possit, neq; in tantarū curarū abyssū incidat. Nunc enim non seipsum solum, sed & alios multos secū ad interitus precipitium trahit, & ad mansuetudinis studiū sublestiores efficit. Solent enim plerunq; subditi ad principum mores respicere, & ad illos uelut primariam quandam imaginem seipsos assimilare. Quomodo igitur quis illorum sedauerit inflammationes, qui ipse tumore consimili laboret? Quis uero de plebe cupierit breui fieri moderatus, quum uideat principem iracundum? Non enim occultari possunt sacerdotum delicta, sed parua quoq; breui manifesta fiunt. Et athleta quā diu domi manet, ac cum nemine manus conferit, debilitatē suam

Principes  
 subditi exemplar habent,

Simile.

suam celare potest. Vbi uero ad certamina se exu-  
 erit, facile uires ipsius deprehenduntur. Et homi-  
 nes qui priuatam hanc, & à negocijs remotam  
 uitam degunt, solitudinem habent pro peccato-  
 rum suorum uelamento. In mediū uero perducti,  
 quietem uelut uestimentū exuere coguntur, et per  
 externos motus omnib. nudas animas ostendere.  
 Quemadmodum igitur recta ipsorum facta mul-  
 tis prosunt, ad parem imitationem prouocan-  
 tia: sic etiam delicta segniores faciunt ad uirtu-  
 tis cultum, efficiuntq; ut sublesti reddantur ad la-  
 bores pro rebus honestis subeūdos. Quapropter  
 pulchritudinem à sacerdotis anima undiq; splen-  
 dere oportet, ut spectantium animos & exhilara-  
 re & illustrare simul possit. Etenim uulgarium  
 hominum delicta uelut in tenebris perpetrata, so-  
 los autores suos perdunt. At uiri illustris ac mul-  
 tis noti delictum, commune omnibus detrimen-  
 tum affert, eos quidem qui ad sudores pro uir-  
 tute tolerandos remissi sunt, supiniores reddens:  
 eos uero qui sibiipsis attendere uolunt, ad con-  
 tumaciam irritans. Præterea ignobilium delicta  
 etiamsi in medium uenerint, neminem memorabi-  
 li plaga uulnerant. Qui uero in uertice huius  
 honoris resident, primum quidem omnibus sunt  
 cōspicui. Deinde etiamsi in minimis deliquerint,

Arma sacer-  
dotum.

Inuidiæ flam-  
ma Episco-  
pos exurit.

parua illa alijs magna apparent. Non enim ex facti magnitudine, sed peccantis dignitate omnes peccatum id metiuntur. Et oportet sacerdotem pertinaci studio, & perpetua uitæ sobrietate, uelut adamantinis quibusdam armis munitum esse, ita ut undiquaque circumspiciat, ne quis forte nudo & neglecto loco reperto, letale uulnus influgat. Omnes enim circumstant, parati ut uulnerent & prosternant, non solum inimici et hostes, sed & multi ex his qui se amicos simulant. Tales igitur eligere oportet animas, qualia sanctorum illorum corpora ostendit gratia Dei aliquando in Babylonia fornace. Non enim sarmenia & pix ac stipula, huius ignis alimentum sunt, sed aliud longe his grauius. Nam neque ignis ille sub sensum cadens propositus est, sed omnia uorans inuidiæ flamma ipsum stipat, quæ undiquaque attollitur, & exactius ipsius uitam inuadit ac perscrutatur, quam tunc ignis puerorum illorum corpora inuasit. Quum igitur stipulae uestigium inuenerit pusillum, breui implicatur, & putridam quidem partem illam exurit, reliquam uero totam ædificationem, etiam si solis radiorum splendorem exuperet, ab illo fumo adurit, ac penitus obscurat. Quam diu enim uita sacerdotis undiquaque fuerit probe adaptata, nullis insidijs consumi potest. Vbi uero

parum

parum quid neglexerit, uelut uerisimile est acci-  
dere ei qui homo est, & plenum erroribus uitæ  
huius pelagus transit: nihil iam ipsi reliqua recta  
facta profunt, ad hoc ut accusatorum ora effuge  
re possit. Sed paruum illud delictū omni reliquæ  
uitæ umbram obducit. Et non uelut qui carnem  
circumsitam habeat, neq; uelut qui humanam na-  
turam sortitus sit, sed ut angelum, & à reliqua  
debilitate liberatum, omnes sacerdotem iudicare  
uolunt. Et quemadmodum Tyrannum quàm diu  
imperio potitur, omnes formidant, eiq; adulatur,  
eo quod ipsum deicere non possint: ubi uero res  
illi in contrarium cedere uiderint, simulato hono-  
re omisso, qui paulo antè amici erant, derepente  
inimici ac hostes fiunt: & omnem ipsius debilita-  
tem perscrutati, insidias struunt, ac de principatu  
deturbant. Sic sanè etiam in episcopis ac sacer-  
dotibus contingit. Qui enim paulo antè dum in  
principatu uigeret, ipsum colebant ac uenerabã-  
tur, ubi modicam ansam adepti fuerint, uehemen-  
ter se accingunt, quo ipsum non solum ut tyran-  
num, sed etiam eo grauiorem deiciant. Et quem  
admodum ille corporis sui custodes timet, sic et  
hic propinquos, & in administratione ipsi con-  
sortes omnium maxime formidat. Neq; enim ulli  
alij adeò principatum illius cupiunt, & res illius

Sacerdotum  
detractores.

Simile.



maxime cognitās habent, uelut hi ipsi. Quum enim in propinquo sint, si quid tale cōtigerit, pro alijs percipiunt, & calumniātes facile fidem reperire poterint: & dum parua magna faciunt, facile quoq; eum de quo calumnias produnt, deijcere. Nam Apostolicum illud dictum hic immutatum est: Et siue patitur unum membrum, simul gaudent omnia membra: siue glorificatur unum membrum, condolent omnia membra. nisi si magna quaedā reuerentia pietatis aduersus omnia cōsistere possit. Ad tantum igitur bellū nos emittis? et ad pugnā adeo uariā ac multiformem, animam nostram sufficere posse putas? Vnde & a quo id cognouisti? Si quidē enim Deus hoc tibi manifestauit, ostende oraculum, & persuaseris. Si uero nō habes, uerū ex hominum opinione calculum profers, desine aliquando falli. Nam de nostris rebus nobis potius quā alijs credere par est. Nemo enim nouit ea quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Quod enim & nos & eos qui nos elegerūt, risui exposuissēmus, si hūc principatū suscepissēmus: & cū multo detrimento ad hūc uitaē statū, in quo et nūc sumus, reuersi essemus, si non prius, at nūc saltē his uerbis me persuasisse puto. Neq; enim inuidia solū, sed quae inuidia lōge uehementior est, principatus huius affectatio, multos

Apostoli di-  
ctū inuersum.

»

multos armare solet contra eū qui illū tenet. Et quemadmodū filij principatus appetentes, patrū senectutē agrefērūt: sic & ex his quidam ubi uiderint sacerdotij dignitatem ad longū tempus extantā, quandoquidē occidere non licet, de principatu deturbare ipsum student, omnes in locū eius surrogari cupientes, ac singuli principatum ad se transferendū expectantes. Vis & aliā tibi ostendam huius pugnae speciem, innumeris periculis refertam? Ito sanē, ac intueri publicas festiuitates, in quib. maxime ecclesiasticorū principatū electionē facere mos est: & tot criminationib. sacerdotem impeti uidebis, quāta est subditorū multitudo. Omnes penes quos est cōferēdi dignitatē potestas, in multas partes tunc scindūtur, et neq; inter se, neq; erga eū qui adeptus est ex sorte episcopatū, uideas cōsentire presbyterorū conciliū. Sed singuli per se stant, alius hunc, alius illū eligens. Cuius rei causa est, quod nō ad unam omnes spectat, ad quod solū respicere oportebat, animae nimirū uirtutē. Verū sunt etiā aliae cause, quae hāc dignitatē cōciliāt. Velut uerbi causa, alius quoniā genere clarus est, is eligatur inquit: alius quoniā diuitijs abundat, et non opus habet ut ex Ecclesiae redditibus alatur: alius quoniā ab inimicis trāsfigit: & alius familiarem et amicū, alius genere sibi

Similes

Discordiae in electione Ecclesiasticorū principatū.

Eligentibus episcopum quod sit spectandum.

propinquum, alius adulatorem alijs præferre studeat: ad idoneum nemo respicere uult, neq; aliquod animæ experimentum facere. At tantum abest ut ego has causas fide dignas esse putem, ad sacerdotum probationem, ut etiam si quis multam suam pietatem declarasset, quæ sanè non parum nobis ad illum principatum conducit, neq; hunc eo nomine statim eligere audeam, nisi unà cum pietate etiam multam prudentiam habeat. Etenim noui ego multos perpetua continentia usos, & ieiunijs consumptos, qui quàm diu solitariam uitam degerent, & sua curarent, Deo accepti erant, & quotidie ad illam philosophiam non exiguum partem apponebant. Postquàm uero ad multitudinem peruenerunt, & aliorum imperitiam corrigere coacti sunt, partim neq; ab initio ad huiusmodi administrationem suffecerunt: partim in ea perseuerare coacti, priori diligentia abiecta, & seipsos maximo detrimento affecerunt, & alijs nihil profuerunt. At neq; si quis omne uitæ tempus consumpsisset, in extremo ministerij ordine manens, & ad extremam senectutem peruenisset, hunc simpliciter propter ætatem reuerenti, ad principatum superiorem perducemus. Cur enim id faceremus, si etiam post illam ætatē adhuc idoneus non sit? Et non hoc nunc dixi, quòd

Prudentiam  
in Episcopo  
requiri,

Ætas in Episcopo  
non  
spectanda.

quod caniciem repudiare uelim: aut legem ferre, ut hi qui à monachorum coetu prodeunt, omnino ab hac praefectura arceantur. contigit enim multos ex hoc grege progressos, in hoc principatu illustres euadere. Verum illud ostendere uolui, quod si neq; pietas per seipsam, neq; longa senectus, sufficiunt, ad ostendendum quod is qui episcopatum adeptus est, dignus eo sit: multo minus praedictae causae hoc ipsum effecerint. Alij uero etiam alias, adhuc absurdiores addūt. Etenim alij ut ne aduersarijs se iungant, in cleri ordinem alleuntur. Alij propter improbitatem, & ut ne contempti maxima mala inducant. Nunquid igitur hoc quicquam iniquius esse possit? quum homines improbi, & innumeris malis referti, propter ea coluntur, ob quae puniri oportebat: & quorum gratia neq; Ecclesiae limen transgredi oportebat, eorum causa etiam ad sacerdotalem dignitatem euehuntur. Adhuc igitur quaeremus, dic mihi, irae Dei causam, qui res adeò sanctas ac uerendas hominibus partim improbis, partim nullius rei, deuastandas exhibemus? Quum enim alij quidem rerum nihil ad ipsos pertinentium, alij uero maiorum longe quam pro ipsorum uiribus praefecturam concreditam acceperint, Ecclesiam nihil ab Euripo differre faciunt. Ego uero antea

Electio im-  
proborum ad  
episcopatus,

Ecclesia Eu-  
ripus.

externos principes deridebam, quod honorū distributiones nō ex animæ uirtute, sed ex pecunijs & annorū multitudine, et prægressa antea inter homines eminentia facerent. Postquam autem au diui eandem temeritatem etiam in nostrum ordinem petulanter se ingessisse, non amplius similiter rem illam grauem faciebam. Quid enim miri est, homines huic uitæ deditos, & popularem gloriā amantes, & pecuniarum gratia omnia faciētes, in huiusmodi rebus delinquere, ubi sanè hi qui ab omnib. his se discessisse simulant, nō melius quàm illi affecti sunt? Imò quum certamen habeant pro rebus cœlestibus, tanquam de terræ iugero, aut alia eiusmodi re consilium ipsis propositū sit, simpliciter homines gregarios arreptos talibus rebus præficiunt, pro quibus etiam suam gloriam exinanire, & homo fieri, & serui formam assumere, & conspuī, & alapis cædi, & probrosissima morte per carnem mori, non recusauit unigenitus Dei filius. Et neq; in his solū quiescunt, sed etiam alia absurdiora addūt. Non enim indignos tantum eligunt, sed etiam idoneos eiiciunt. Tanquā enim Ecclesiæ firmitatē utrinq; deuastare oporteat, aut tanquam prior causa ad accēdendū Dei iram non sufficiat, ita alterā illi annectunt nō minus illa graue. Etenim ex æquo graue esse arbitror,

iræ Dei  
causa,

tror, et utiles arcere, et inutiles intrudere. Sed et hoc fit, ut grex Christi nullibi consolationē reperire, aut respirare possit. Hæc igitur nō innumeris fulminib. digna sunt? hæc nō gecnnæ igne digna, non hac solū gecnnæ, cuius minæ nobis imminēt? Attamen sustinet et fert huiusmodi mala is qui nō uult mortem peccatoris, sicut ut conuertatur & uiuat. Quo nam modo quis benignitatē ipsius erga homines satis admirari queat? quomodo ob misericordiam stupore affici? Christiani res Christi magis quàm inimici ac hostes corrumpūt. At bonus ille adhuc benignus est, & ad pœnitentiã uocat. Gloria tibi Domine, gloria tibi, quantæ benignitatis abyssus apud te est? quantæ patientiæ diuitiæ? Qui propter nomen tuū ex uilibus et ignobilibus, clari ac illustres facti sunt, honore cōtra eū qui ipsos honorauit abutuntur, et horrēda audent, & contumeliã exercere in sancta, bonos deponentes ac eijciētes, quo cū multa quiete ac extrema licētia improbi omnia quæcūq; uoluerint euertant. Sed & huius mali causas si nosse uoles, similes prioribus comperies. Etenim radicem, et ut ita dicam, matrem unam habent, inuidiam. Hæ uero non unius speciei sunt, sed inter se distant. Alius enim quoniam iuuenis est, inquit, eijciatur: alius, quoniam adulari non nouit:

Dei boni benignitas.

Bonos episcopos deijci.

alius

alius quoniam illum offendit: alius ut ne ille offen-  
 datur, si quem ipse designauit reprobatum, alium  
 uero electum uideat: alius quoniam bonus est &  
 mansuetus, alius quoniam peccantibus horredus  
 est: alius propter aliam eiusmodi causam. Neque  
 enim desunt ipsis causæ quotquot uoluerint. Et  
 copiam diuitiarum quas possident causantur, ubi  
 nihil aliud habuerint. Et quod nõ oportet aliquẽ  
 aceruatim ad hũc honorem surrogari, sed sensim  
 ac paulatim. Sed et alias, prout libuerit, causas re-  
 perire poterint. Ego uero libenter hic interroga-  
 rim, Quid igitur oportet Episcopum facere con-  
 tra tot uentos pugnantem? quomodo aduersus  
 tot consistet fluctus? quomodo hos depellet im-  
 petus? Si enim recta ratione rem tractarit, inimi-  
 ci ac hostes sunt tum ipsi, tum electis uniuersi il-  
 li, & ad contentionem aduersus illum omnia fa-  
 ciunt, seditiones quotidie concitantes, & cauilla-  
 tionibus innumeris electos impetentes, donec aut  
 hos eiecerint, aut suos intruserint. Et simile quid-  
 dam contingit, uelut si quis gubernator intra na-  
 uem secum habeat piratas, qui dum simul nauigant  
 & ipsi, & nautis, & alijs qui in naui ue-  
 huntur, assidue ac singulis horis insidias struãt.  
 Si uero gratiam illorum suæ salutis prætulcrit, su-  
 sceptis his quos minime admitti oportebat: ha-  
 be

Simile,

bebit quidem Deum pro illis inimicum, quo quid magis horrendum esse possit? sed & res ipsius cū illis longe difficilior quā prius euadet, dum omnes inter se conspirant, & hi magis fortes fiunt.

Quemadmodum enim dum saeui uenti, & ex aduerso se mutuo impetentes, exorti sunt, pelagus haecenus quietum derepente furit ac intumescit, & nauigantes perdit: Sic & Ecclesiae tranquillitas, ubi improbos homines suscepit, tempestate et naufragijs multis impletur. Hic igitur cogita, qualem esse oporteat eum qui se aduersus tantam tempestatem opponet, & tanta impedimenta rerum ad salutem publicam spectantium probe dissonet. Nam & grauem, ac non fastuosum: & uerendum, & lenem: & principem, ac socium praeseferentem: & incorruptum, ac obsequentem: & humilem, ac minime seruilem: & uehementem, ac mansuetum esse oportet, quo aduersus omnia haec facile pugnare possit: & idoneum cū multa autoritate, etiamsi omnes resistent, introducere. & cum qui talis non est, cum eadem autoritate, etiamsi omnes conspirent, non admittere: sed ad unū tantum, Ecclesiasticam uidelicet aedificationem, respicere, et nihil ad odium aut gratiam facere. Nunquid igitur uidemur tibi huius rei administrationem merito recusasse? quanquam  
non-

Simile.

Ecclesia turbata quali Episcopo opus habeat.



nondum omnia tibi exposuerim. Habeo enim & alia quæ dicam: Verum tu ne delasseris, dum uirum amicum ac genuinum audire sustines, qui tibi persuadere uult, se horum criminum culpa uacare, quæ tu ipsi obiecisti. Neq; enim hæc ad excusationem tantum pro nobis apud alios faciendam, utilia tibi sunt: sed etiã ad ipsam negocij administrationem, non parum fortasse conducent. Necessarium est enim, eum qui ad hanc uitæ uiam peruenire uelit, omnia prius probe perscrutatum esse, atq; ita rei administrationem aggredi. Cur hoc tandem? Quia etiamsi nihil aliud, hoc saltem commodi hinc feret is qui omnia nouit, quòd rerum nouitate non perturbabitur, si quando hæc acciderint. Vis igitur ut ad uiduarum præfecturam primum procedamus, aut ad curam de uirginibus habendam, aut ad iudicialis partis difficultatem? Etenim in singulis his diuersa cura, et maior cura timor existit. Et primum ut ab eo quod alijs uilius esse uidetur, initium faciam, Viduarum cura usq; ad pecuniarum sumptum, curatoribus ipsarum negotium exhibere uidetur. Verum res non ita se habet, sed multa opus est et hic examinatione, ubi ipsas allegere oportuerit. Simpliciter etenim prout contingit, ipsas in album referre, innumera mala operatur. Nam & domos corruperunt, & nuptias

Viduarum  
cura.

nuptias diremerunt, et in furtis sepe ac tabernis,  
 & alijs eiusmodi praefer decorum se gerentes de  
 prehense sunt. At tales ex Ecclesiae prouentibus  
 ali, & à Deo supplicium, & ab hominibus con-  
 demnationem affert: & eos qui bene facere uo-  
 lunt, segniores reddit. Quis enim pecunias, quas  
 Christo dare iussus est, in eos qui Christi nomen  
 calūniantur, insumere uoluerit? Quapropter mul-  
 tā et exactā examinationem facere oportet, ut re-  
 lata, imò et quae sibiipsis sufficere possūt, ab indi-  
 gentiū mensa deuastāda arceantur. Post hanc autē  
 examinationē, alia nō modica cura succedit, ut ip-  
 sis alimenta aceruatim uelut ex fontibus affluāt,  
 neq; unquā deficient. Nā inexplebile ferē malū  
 est inuita paupertas, et querulum ac ingrātū: &  
 multa prudētia opus est, multo item studio, ut ip-  
 sarū ora obturentur, et omnis accusationis occa-  
 sio eximatur. Pleriq; igitur ubi aliquem uiderint  
 pecunijs superiorē, statim ipsum idoneū esse pro-  
 nunciant, ad hanc dispensationem. Ego uero nū-  
 quam puto ipsi hanc magnanimitatem sufficere  
 solam. uerum oportet quidem ipsam habere prae-  
 alijs. Nam sine hac deuastator magis q̄ artifex,  
 & lupus pro pastore fuerit. Post hanc uero etiā  
 aliam querere an habeat, oportet. Hæc autem est  
 omnium bonorum hominibus causa, Patientia,  
 quæ

Paupertas in  
 uita querula,  
 & ingrata.

Patientia be-  
 num.

que animam uelut in tranquillum aliquem portum ducit. Nam uiduarum genus & ob paupertatem, & ob etatem, & ex natura, immodica quadam dicendi libertate utitur: ita enim appellare melius est: & intempestiue uociferantur, & frustra accusant, & lamentantur ubi gratiam habere oportebat, & criminantur ubi amplecti conueniebat. Et oportet Antistitem omnia generoso animo ferre, & neq; ad intempestiuas uexationes, neq; ad temerarias reprehensiones exasperari. Meretur enim misericordiam potius quam contumeliam illud genus, ob suam infelicitatem. Quare calamitatibus ipsarum insultare, & ad dolorem ob paupertatem, molestiam ex contumelia addere, extreme crudelitatis fuerit. Quapropter uir quidam sapientissimus humane nature auaritiã ac superbiã contemplatus, et paupertatis naturam edoctus potentem esse, ut etiam generosissimam animam deiiciat, & de iisdem sepe impudentem esse persuadeat: ut ne quis dum à pauperibus rogatur, irascatur: neq; ob assiduam interpellationem exacerbatus, hostis fiat, qui auxilium ferre debebat, instruit ipsum ut lenis sit & facilis accessu: Roganti, inquit, pauperi inclina aurem tuam citra molestiam, & responde ipsi pacifice cum lenitate, & exasperantem te dimitte.

Paupertatis  
 potentia.

22

23

mitte.

mitte. Quid enim quis ad iacentem dixerit? alloquitur eum qui illius debilitatem ferre potest, ad hortans ut & aspectus lenitate, & uerborū mansuetudine ipsum erigat, antequam aliquid det. At si quis illarum quidem bona non accipiat, uerum ipsis improperet inclementer, casq; contumelia afficiat, ac contra ipsas exasperetur: is non solum liberaliter dando, tristitiam ex paupertate obortam non leuat, sed etiam malum per conuicia grauius reddit. Nam etiamsi ualde impudentes esse cogantur, propter uentris necessitatem, attamen ob uim hanc dolore afficiuntur. Quū igitur propter famis quidem timorem mendicare cogantur, propter mendicitatem uero impudentes esse, & propterea quòd impudentes sunt, rursus contumelia afficiantur: uaria quaedam & multam caliginem inducens tristitiæ uis, in animam illarum irruit. Et oportet eum qui illarum curam suscepit, adeò longanimum esse, ut non solum ipsis tristitiam per indignationes non augeat, sed etiā eam quæ iam adest magna ex parte per consolationem sopiat. Quemadmodum enim ille qui contumelia affectus est, utilitatem ex datis sibi pecunijs non sentit, ob contumeliæ plagam: Sic is qui leuem sermonem audiuit, & id quod datū est addita sui consolatione accepit, amplius letatur

ac gaudet: atq; ita id quod datur, morum lenitate  
 duplicatur. Et hæc nō ex me ipso, sed ex illo cuius  
 23 etiam superior fuit admonitio, profero. Fili enim,  
 23 inquit, in bonis dandis ne des reprehensionem, et  
 23 in omni dono ne des tristitiam sermonis. Nonne  
 23 ardentem febrem sedat ros? Ita melior est sermo q̄  
 23 donum. Etenim sermo dona superans bonum est,  
 23 & utraq; à uiro gratioso proficiuntur. Porro  
 non solum mansuetum ac patientem, sed & artis  
 gubernandæ domus scientem, harum antistitem  
 esse oportet. Nam si abfuerit, rursus in idem dan-  
 num pecuniæ pauperum delabuntur. Iam enim  
 contigit, ut quidam cui hæc administratio com-  
 missa fuit, multum auri colligeret: & ipse qui-  
 dem non consumebat, sed neq; in egenos præter  
 pauca admodum infumebat. Maiorem uero par-  
 tem defossam custodiebat, donec graui tēpore in-  
 stante ipsa in hostium traderet. Multa igitur pro-  
 uidentia opus est, ut neq; redundant, neq; defici-  
 ant Ecclesiæ opes. Et quæ quidē præbentur, sta-  
 tim indigentibus distribuantur. In subditorum  
 autem uoluntatibus Ecclesiæ thesauri colligan-  
 tur. Cæterum hospitibus excipiendis, & ægris cu-  
 randis, quanto pecuniarum sumptu opus esse pu-  
 tas? quanta uero præfectorum diligentia ac pru-  
 dentia? Nam relata impensa hanc nequaquam mi-  
 norem,

Antistes ui-  
 duarum sit do-  
 ctus governa-  
 re domum.

Hospitum ex-  
 ceptio.  
 Aegrorum  
 curatio.

norem, saepe uero etiã maiorem esse necesse est. Et oportet praefectũ in acquirẽdis his quae elargitur cautũ esse ac prudencẽ, quo rem sic tractet, ut & liberaliter & citra tristitiã sua erogent qui bonis abũdant, ut ne dũ agris reficiendis prospicit, animos eorũ qui sua erogant percellat. At uero proptitudinem ac studiũ longe amplius hic adhibere oportet. Morosi enim quodãmodo sunt aegri, ac negligentes. Et nisi magna undiquaq; diligentia ac cura adhibeatur, fieri potest ut exiguum quidam neglectum, ad magna mala egroto inducenda sufficiat. At quod ad uirginum curam attinet, tanto maior est timor, quanto preciosior est possessio, & quanto hic grex alijs magis regalis est. Iam enim & in hunc sanctarum coetum, innumerae innumeris malis refertae petulanter se ingesserunt. Maior autem hic oboritur luctus. Et quemadmodum non aequalis res est, si puella libera, aut famula ipsius peccet: sic neq; si uirgo, aut uidua. His enim & nugari, & inter se conuiciari, & adulari, & impudenter se gerere, & ubiq; apparere, & in foro oberrare, sine discrimine licet. At uirgo ad maiora certamina se exiit et accinxit, & supremam philosophiam amulata est, & angelorũ uitam in terra degere se uelle profitetur: & propositum est ipsi ut cum hac carne, ea quae

Virginum  
cura,

Virginis cer-  
tamina.

incorporearū uirtutū sunt perficiat. Et neq; pro-  
gressus multos & superuacuos facere ipsam  
oportet: neq; uerba loqui temere ac frustra, ipsi  
permissū est. Conuicia uero et adulationes, ne no-  
mine quidem cognita ipsi esse conuenit. Quapro-  
pter securissima custodia, & ampliore auxilio o-  
pus habet. Nam & sanctimonie inimicus sem-  
per ipsis magis imminet, & assidet ad deuoran-  
dum paratus, si qua forte lubrica fiat ac concidat.  
Et homines insidiantes multi sunt. Et cū his  
omnibus, naturæ insania. Et in summa, acies in  
quam se instructa intulit, bellum ipsi cōduplicat,  
dum & forinsecus impetitur, & intrinsecus ue-  
xatur. Proinde Antistiti ipsarū multus incumbit  
timor: periculum autem adhuc maius, & ampli-  
or dolor, si quid præter animi sententiam, quod  
absit, acciderit. Si enim patri filia occultam uigi-  
lantiam parit, & sollicitudo de ipsa somnū excu-  
tit, ubi tantus timor est de filia, ut ne sterilis eua-  
dat, aut nubilis innupta consenescat, aut inuisa  
relinquatur: quid patietur qui de his quidem nul-  
lam, uerum de alijs multo maioribus longè am-  
pliolem curā habet? Nō enim hic uir est qui igno-  
minia afficitur, sed ipse Christus: neq; sterilitas  
obprobrium tantum parit, sed ad animæ interi-  
tum, malum procedit, Omnis enim arbor fructū

Filiæ custo-  
dia.

non faciens bonum exciditur, inquit, & in ignem  
 mittitur. Sed & iniuste redditæ non satis est ut à  
 sponso accipiat repudij libellum, ac discedat: sed  
 odij illius poenas, æternum dat supplicium. Et pa-  
 ter quidem secundū carnem multa habet, quæ ad  
 custodiæ filie suæ facilitatem faciunt. Nā & ma-  
 ter, & nutrix, & ancillarum multitudo, & do-  
 mus securitas, patri opitulantur ad uirginis custo-  
 diam. Neq; enim ad forum progredi assidue ipsi  
 permittit: neq; si quando progressa fuerit, alicui  
 occurrentium apparere cogitur. Et citra hæc ab  
 omni culpa libera est, ut quæ nunquam in uiro-  
 rum conspectum uenire cogatur. Neq; enim rerū  
 necessariarū cura, neq; iniuriosorū hominū insul-  
 tus, neq; aliud quicquā eiusmodi, necessitatē ipsi  
 inducit ut in tales occursum incidat, quū pater ip-  
 si pro omnibus sit, & ipsa unam solum curā ha-  
 beat, ut neq; faciat neq; dicat quicquam, quod or-  
 natum ipsi conuenientem dedecet. At hic multa  
 sunt quæ patri difficultatem pariunt: imò custo-  
 diam uirginis impossibilem efficiunt. Neq; enim  
 ipsam intus secum habere potest, neq; honesta, ne-  
 que extra periculum est eiusmodi cohabitatio.  
 Tameñ si enim nullum ipsi hinc detrimentum pa-  
 tiantur, sed integram seruari sanctimoniam, ni-  
 hilominus tamen dabunt rationem pro his ani-  
 mabus,

Virgines ue-  
 late in publi-  
 cum pro-  
 gressæ.

Virginis  
 Deo sacræ  
 custodia.



mabus, quas offenderunt, quàm si inter se peccassent. Quùm aut hoc fieri non possit ut honeste cohabitèt, neq; motus animi perdiscere facile fuerit, ut eos quidem qui inordinate feruntur excindat, eos uero qui cõsonè ac ordine, magis exerceat, & ad melius perducatur: neq; egressus curiosè obseruare poterit. Nam paupertas, & quod sub imperio nõ est, non permittit ut exactus ipse fiat ornatus illam decentis examinatore. Quum enim sibi ipsi omnia ministrare cogatur, multos sanè progressuum occasiones habet, si modeste degere uoluerit. Et oportet eum qui ipsas semper domi manere iubet, has occasiones præcidere, ita ut res necessarias sufficienter suppeditet, & ad hæc famulam iungat quæ illi ministret. Quin et à funerũ elationibus, & excubijs nocturnis eas arcere oportet. Nouit enim nouit uersutissimus ille serpens, etiam per bonas actiones uirus suũ disseminare. Et cõuenit uirginem undiquaq; muro septã esse, & raro per totum annum domo progredi, ubi inexcusabiles ac necessaria incubuerint occasiones. Si uero quis dixerit, Episcopi munus non esse hæc tractare: is sciat, quod curæ & culpæ quæ in singulis sunt, ad illum referuntur. Est aut multo utilius, ut ipse omnia administret, & à criminationibus liber sit, quas propter aliorum peccata

Episcopum  
per aliũ posse  
uirgines curare.

ta sufferre necesse est: quàm ut administratione  
 omiſſa, ab ſupplicium perferendum tremat, eorū  
 nomine quæ alij peccauerunt. Præterea qui per  
 ſeipſum hæc facit, cū magna facilitate omnia per  
 ſequitur. Qui uero hoc facere cogitur, ita ut om  
 niū animos ad hoc faciendū perſuadeat, nō tantū  
 habet remiſſionis, ex eo quod ipſe per ſe hoc mu  
 nus tranſigere omitit, quantū negociorum ac tu  
 multuum propter reſiſtentes, & iudicio ipſius  
 repugnantes. At non poſſim recensere omnes cu  
 ras pro uirginibus ſuſcipiendas. Nam ubi ipſas al  
 legere oportuerit, non uulgares exhibent mole  
 ſtias ei cui harum rerum adminiſtratio commiſſa  
 eſt. At uero iudiciorū pars innumera quidem onc  
 ra habet, uerū occupationes ac difficultates tot,  
 quot neq; hi ferunt qui externis iudices conſtitu  
 ti ſunt. Nam & id quod iuſtum eſt, inuenire ope  
 roſum eſt: & ipſum inuentum corrūpere, horren  
 dum. Nō aut̄ occupatio ſolū ac difficultas, ſed &  
 periculū non modicū adeſt. Iam enim quidam ex  
 debiliorib. in negocia illapſi, poſtq̄ patrociniū ac  
 præſidiū quo defenderētur, nō aſſequuti ſunt, cir  
 ca fidem naufragiū fecerunt. Pleriq; enim ex his  
 qui iniuria affecti ſunt, non minus eos qui auxi  
 lium non ferunt, quàm eos qui iniuriam intule  
 runt, odio habent: & neq; negociorum peruerſi  
 tatem,

Iudiciorum  
 oneroſa nego  
 cia.

tatem, neq; temporum difficultatem, neq; sacer-  
 dotalis potestatis mensuram, neq; quicquam al-  
 liud eiusmodi considerare uolunt, sed sunt iudices  
 nullam ueniam dantes, unam solum responsionē  
 scientes, nimirum ut à prementibus ipsos malis li-  
 berentur. Cui uerò hoc præstare non integrū est?  
 is etiamsi sexcentas causas prætexat, nunquam  
 illorum condemnationem effugiet. Postquàm ue-  
 ro patrocini ac præsidij mentionem feci, age e-  
 tiam aliam tibi reprehensionum occasionem re-  
 uelabo. Nam nisi Episcopus quotidie domos per-  
 currat, forenses homines hac parte exsuperans,  
 ingentes hinc incurrit offensiones. Neq; enim so-  
 lum ægroti, sed etiam sani uisitari uolunt: non  
 quòd pietas ipsos ad hoc prouocet, sed multi ho-  
 norem ac dignitatem potius ex hoc sibi concilia-  
 re student. Si uero fortè contigerit, ut aliquis ex  
 ditioribus ac potentioribus Christianis, frequē-  
 tius ab ipso uisitetur, necessitate id ad commune  
 Ecclesiæ lucrum urgente: statim hinc adulationis  
 ac blandicie opinionem sibi affricat. Et quid  
 dico de præsidio & uisitatione? A solis alloquijs  
 ac salutationibus tantum criminationum onus  
 Episcopi ferunt, ut præ tristitia sæpe grauentur  
 ac concidant. Quin et aspectus poenas pendunt.  
 Quæ enim simpliciter ab ipsis fiunt, pleriq; dili-  
 genter

Visitationis  
 ægrotum ac  
 sanorum onus.

genter exquirunt, ut etiam uocis mensuram expendant, & uisus affectionem, & risus magnitudinem. Illi quidem, inquit, large arrisit, ipsumq; hilari facie ac magna uoce compellauit: Me uero parcius, & prout contigit. Et si multis confidentibus non ubiq; oculos circumferat, omnes alloquens, hanc rem multi pro contumelia ducunt. Quis igitur qui non sit forti animo praeditus, tot accusatoribus suffecerit, ut aut omnino non ab ipsis accusetur, aut accusatus crimē effugiat? Oportet enim accusatores ne habere quidem. Si uero hoc fieri non potest, criminationes illorum dilui ac dissolui. Si uero neq; hoc facile est, uerum delectantur quidam temere ac simpliciter accusando, generosē aduersus harum reprehensionum tristitiam consistere. Qui enim iustē accusatur, facile tulerit accusantem. Quum enim non sit amarulentior accusator ipse quā conscientia, ob id ipsum ubi ab hac grauissima prius conuicti fuerimus, extraneos accusatores uelut mansuetiores facile ferimus. Qui uero nullius mali sibi conscius est, ubi iniustē accusatus fuerit, & ad iram statim effertur, & ad tristitiam facile cōcidit, si non prius animum exercitatum habuerit ad multorum dementiae perferendam. Non enim fieri potest, ut qui calumnijs temere impeti-

Gestus etiam  
in episcopis  
obseruari.

Accusatores  
episcoporum.

tur, ac condemnatur, non turbetur, et aliquo modo afficiatur ad tantam temeritatem. Quid autem referre attinet tristitias, quas sustinent Episcopi, ubi aliquis de Ecclesiæ cœtu refecādus est? atq; utinam intra tristitiam consistat hoc malū.

Excommuni  
candi onus,

Nūc uero etiā perniciēs non modica accedit. Timor enim incumbit, ne forte ille ultra q̄ decebat punitus, illud patiatur, quod à beato Paulo dictū est, ut immodico dolore absorbeat. Plurima igitur & hic opus est diligentia, ut ne utilitatis occasio, maioris detrimenti causa fiat. Quæcunq; enim ille post huiusmodi curationem peccarit, in singulis his exigēda ex ira Dei pœnæ particeps fit medicus, qui non probè uulnus inflixit. Quanta igitur expectare supplicia oportet, quum non solum de his quæ quisq; per se deliquit, ratio reddenda est, sed & de his quæ alij peccarunt, ad extremū periculum deuenit? Si enim priorū delictorū rationem in iudicio reddituri horremus, uelut qui nō poterimus ignem illū effugere: quid ille se passurū expectabit, cui pro tam multis ratio reddenda est? Nam quod hoc uerum sit, audi beatum Paulum dicentem, imò non illū, sed Christū in ipso loquentem: Parete his qui præsunt uobis, & concedite. Nā ipsi uigilant pro animabus uestris, uelut rationem reddituri. Nunquid exiguis

guis hic mīmarū timor est? Non licet hoc dicere.  
 Et profectō hęc omnia, uel ad ualde duros, ac  
 persuaderi se non permittentes suffecerint, ut per  
 suadeant, quōd neq; contumacia ac arrogantia,  
 neq; uanae glorię studio capti, hanc fugam fece-  
 rimus: sed nobis ipsis solum timētes, & rei ma-  
 gnitudinem respicientes. Hęc quum Basilius au-  
 disse, & paululum se continuisset: At si quidē, in-  
 quit, ipse studiū tuū huc contulisses, ut principa-  
 tū hūc assequeris, haberet sanē hic tuus timor  
 locū. Qui enim confessus est se idoneū esse ad mu-  
 neris huius administrationem, eius uidelicet asse-  
 quendi studio, ei nō datur ut postq̄ illā commissā  
 accepit, sicubi fortē aberrauerit, ad inexperien-  
 tię pretextū confugiat. Ipse enim seipsum ante-  
 uertit, & hanc sibi excusationē ademit, per hoc  
 quōd accurrit, & administrationem hęc rapuit.  
 Et non amplius dicere poterit qui ultrō & uolēs  
 ad hoc munus accessit, inuitus grauitus peccauit,  
 & inuitus illum perdidit. Dicet enim ad ipsum, is  
 qui ei tunc in hac causa iudex erit: Et quomodo,  
 quum non haberes intelligentiam, ad hanc artem  
 citra delictum tractandā sufficientem, festinasti,  
 & ausus fuisti negotium maius quā pro tuis ui-  
 rib. suscipere? Quis te coegit? quis per uim traxit  
 resilientem ac fugiātem? Tu uero tale nihil unquā  
 audies. Neq; enim ipse teipsum ab tale quiddam

Episcopis ra-  
 tio pro subdi-  
 tis reddenda.

Episcopus  
ineptus no-  
lens electus  
excusabilis.

condemnare possis, & omnibus manifestum est, quod neq; magnam, neq; paruam operam pro hoc honore consequendo impenderis. Sed aliorum hoc factum fuit. Et quod illos in delictis ueniam habere non permittit, hoc tibi multam ad excusationem exhibet occasionem. Ad hæc ego quum caput mouissem, & leniter risissem, admirabar eius simplicitatem, & ad ipsum dicebam: Vellem equidem & ipse hæc ita se habere, ueluti dixisti, optime Basili, non quo suscipere possim hoc, quod nunc detrectauit. Nam etiamsi nullum mihi sit supplicium propositum, si prout contigit & citra experientiam, Christi gregis curam gerere: attamen hoc ipsum omni supplicio mihi grauius esset, quod cui commissæ essent res adeo magnæ, ineptus appareret circa eum qui commisisset. Cuius igitur rei gratia optarim opinionem hanc tuam non falsam esse? quo uidelicet miseris & erumnosis illis (sic enim eos uocare oportet, qui non cognouerunt, quomodo huic muneri recte præesse possint, etiã si sexcenties ipsos ui pertractos dicas, & ex ignorantia peccare asseras) quo his inquam, effugere detur ignem illum inextinguibilem, & tenebras illas exteriores, & uermem non morientem: & ne dissecentur, ac cum hypocritis percant, At quid tibi faciam? non habent se ita

se ita hæres, minimè genium. Et si uis à regno  
 primum, cuius non tanta est apud Deum existi-  
 matio, quanta sacerdotij, eorum quæ dixi fidem  
 tibi faciam. Saul ille filius Cis, non suo ipsius stu-  
 dio factus est rex, sed abiuit ad quæredas asinas,  
 & de his prophetam interrogare incipiebat. At  
 ille de regno ad ipsum uerba faciebat. Et neq; sic  
 accurrebat, etiamsi id audiret ex homine prophe-  
 ta, sed tergiuersabatur ac recusabat dicens, Quis  
 sum ego? & quæ est domus patris mei? Quid igitur? et  
 postquam male usus esset honore à Deo da-  
 to, potuissent hæc uerba ipsum eximere ab ira e-  
 ius qui ipsum regem constituit? & quidem quum  
 dicere posset ad Samuelem reprehendentem ip-  
 sum, Num ipse ad regnum accurre? num princi-  
 patum hunc inuasi? uitam priuatam degere uo-  
 lebam, à negotijs remotam ac quietam. Tu uero  
 me ad hanc dignitatem pertraxisti. Si in illa hu-  
 militate fuisset, facile hæc offendicula euitasẽ.  
 Non enim si unus de plebe fuisset, ad hoc opus  
 perpetrandum emissus essem: neq; sanè mihi De-  
 us bellum aduersus Amalechitas commisisset. V-  
 bi autem commissum non habuissem, nunquam  
 utiq; hoc peccatum perpetrasset. At hæc omnia  
 ad excusationem sunt infirma. Et non infirma so-  
 lum, sed & periculosa, & Dei iram magis accen-  
 dunt.

Rex ineptus  
 nolens de-  
 ctus in excu-  
 sabilis.



dunt. Nam qui præter dignitatem assequutus est honorem, eum non conuenit honoris magnitudinem prætere, ad peccatorum excusationē: sed ad maiorem uirtutis profectū, magna illa Dei erga se benignitate uti. Qui uero eo quod maiorem dignitatem cōsequutus est, ob id sibi licere putat ut peccet, is nihil aliud quàm Dei benignitatem, suorum peccatorū causam ostendere studio habet, id quod impijs & uitam suā negligentē trās mittentibus semper dicere mos est. Verum nos nō sic affectos esse oportet, neq; in eandem cum illis insaniam delabi, sed ubiq; operam dare, ut pro uiribus nostris nostra afferamus, & linguā & mētem, & bene sentientem de Deo, & bene loquentem habeamus. At ut omisso regno ad sacerdotium, de quo nobis propositus sermo nunc est, perueniamus: neque Heli principatum hunc consequi studio habuit. Quid igitur ipsi profuit hoc, quando peccauit? Et quid dico cōsequi studio habuit? ne effugere quidem, etiamsi uoluisset, potuisset, propter legis necessitatē. Erat enim ex tribu Lewi, et oportebat principatū à maiorib. per generis successiōē ad ipsum descendētē suscipere. Et tamen sic quoq; petulantie filiorū nō paruas pœnas dedit. Quid uero ipse qui primus fuit Iudeorū sacerdos, de quo tam multa loquutus est

Deus

Deus ab impijs peccatorum suorum causa dicitur.

Episcopi ac sacerdotes in epti nolentes, dedit in excusabiles.

Deus ad Mosem? Nō ne postquam solus cōtra tantam multitudinis insaniam stare nō posset, parū absuit ut periisset, nisi fratris patrocinium Dei irā exoluisset? Quādoquidē uero Mosi mentionē feci, cōmodū fuerit ut et ex his quæ illi acciderunt, orationis nostræ ueritatē ostendā. Hic enim ipse beatus Moses tantū absuit ab eo ut Iudeorū præfecturā raperet, ut etiā oblatā recusarit, & Deo iubēte abnuerit, & præcipientē exasperarit. Et nō tunc solū, sed & postea quū principatū gereret, libēter mortē obiisset, ut ab eo liber euasisset. Quid igitur postq̄ peccauit circa aquā? potuere ne assidue illæ recusationes ipsum excusare, & Deū persuadere ut ueniā daret? Et unde aliās promissa terra priuabatur? Ex nulla alia causa, uelut omnes nouimus, q̄ propter peccatum hoc, ob quod admirāndus ille uir nō potuit cōsequi ea quæ subditi ipsius cōsequuti sunt. Sed post lōga tēpora, et erūnas, post errorē illū immensum, post bella et trophæa extra terram mortuus est, pro quā tāta mala pertulerat: et qui pelagi mala sustinuerat, portus bonorum particeps factus nō est. Videt quod non solis rapientibus, sed etiam his qui ex aliorum opera huc perueniunt, nulla reliqua est excusatio, qua delicta sua defendere possint. Quū igitur hi qui Deo eligente sæpe recusarunt,

tantam

Mosis excel-  
lentiā.

tantam pœnam dederint, & nihil ex hoc periculo eximere potuerit, neq; Aaron, neq; Heli, neq; beatum illum uirum, sanctum prophetam, admirandum, mansuetissimum omnium in terra, qui ut amicus cum Deo colloquutus est: nullatenus nobis qui tantum à uirtute illius absumus, ad excusationem sufficere potest, quòd nobis conscius sumus, nullam nos operam pro hoc principatu consequendo collocasse, & maxime quando plerq; huiusmodi electiones non ex humano studio proueniunt. Iudam elegit Deus, & in sanctum illud collegium allegit, & apostolicam dignitatem cum reliquis in manus tradidit. Sed & amplius quiddam quàm alijs ipsi dedit, pecuniarum dispensationem. Quid igitur? postquàm utrisq; his in contrarium usus esset, & quem prædicare commissum habebat prodidisset, & quæ bene dispensare iussus erat, ea male consumpsisset, num supplicium effugit? profectò propter hoc ipsum grauiorem sibi ipsi condemnationem peperit. Et merito sanè. Non enim ad offensionem Dei abuti oportet honoribus à Deo datis, sed ut magis ipsi placeamus. Qui uero ex eo quod ampliorem dignitatem adeptus est, se elapsurum esse sperat è delictorum pœna, is consimile quid facit: uelut si quis ex perfidis Iudæis, ubi audisset Christum dicentem,

centem, Si non uenissem, eisq; loquutus fuisset, 44  
 peccatum nõ haberent: exprobrat Seruatori ac 45  
 benefactori, dicens, Quid enim uenisti, & loquu-  
 tus es? Cur uero fecisti signa? ut grauiori suppli-  
 cio nos afficeret? At insaniae ac extremae demen-  
 tiae uerba haec fuerint. Neq; enim Medicus ut te Simile.  
 cõdemnet magis, curaturus accessit, sed ut peni-  
 tus te à morbo liberet. Tu uero te ipsum ultro ab  
 illius manibus subtraxisti. Suscipe itaq; grauius  
 supplicium. Quemadmodum enim si curationi  
 obediisses, etiam à prioribus malis liberatus es-  
 ses: sic postquam accedentem conspicatus fugi-  
 sti, non amplius haec abluere poteris. Quum au-  
 tem hoc non possis, & horum supplicium dabis,  
 & eo item nomine quòd studium ipsius uanũ fe-  
 cisti, quantum eius in te fuit. Quapropter non  
 equale tormentum sustinemus, ante quam à Deo  
 ad dignitatem euecti sumus, & postquam id no-  
 bis contigit, sed posterius multò uehementius.  
 Qui enim beneficijs acceptis melior non euadit,  
 eum iustum fuerit amarulentius plecti. Quando  
 quidem igitur haec excusatio infirma à nobis de-  
 monstrata est, & non solum non seruat eos qui  
 ad ipsam confugiunt, sed etiam magis prodit, a-  
 lia nobis exquirenda est securitas. Qualem quæ-  
 so hanc, inquit Basilius? ita ego neque in meipso  
 G nunc

nunc esse possum, adeò me timidum ac tremulum  
 tuis istis uerbis reddidisti. Ne facias inquam, oro  
 ac obtestor, ne te usq; adeò deicias. Est enim est  
 securitas ac praesidium, debilibus quidem nobis,  
 ut nunquam incidamus: uobis uero qui fortes es-  
 stis, ut spem salutis in nulla alia re collocatam ha-  
 beatis, post gratiam ac beneficium à Deo acce-  
 ptū, quàm ut nihil indignum hoc dono, & eo qui  
 id dedit faciatis. Maximo equidem supplicio di-  
 gni fuerint, qui postquam per proprium studium  
 hunc principatum consequuti sunt, aut ob segni-  
 ciem, aut ob malitiam, aut etiam ob imperitiam,  
 re ipsa male utuntur. At non propterea uenia ali-  
 qua reliqua est his qui nihil studij huc impende-  
 runt. Sed & hi omni excusatione priuati sunt.  
 Oportet enim arbitror, etiamsi sexcenti nos uo-  
 cent ac cogant, non ad illos respicere, sed prius a-  
 nimam tuam explorare, & omnia diligenter per-  
 scrutari, atq; sic tandem cogenibus concedere.  
 Nunc uero nullus quidem ausus fuerit promitte-  
 re, se domum aedificaturum esse, nisi fuerit archi-  
 tectus: neq; corpora egrotantium contingere  
 quisquam tentauerit, qui non sit mededi peritus:  
 Sed etiamsi multi sint qui per uim impellant, re-  
 cusabit, & non erubescet ignorantiam confiteri.  
 Qui uero tam multarum animarum curam sibi  
 com-

Episcopatū  
debiles fugi-  
ant.

Episcopatū  
fortes pro di-  
gnitate admi-  
nistrent.

Disimilia.

commissam accipiet, non expendet prius seipsum, sed etiam si omnium imperitissimus fuerit, administrationem assumet, quoniam & ille iubet, & ille cogit, & ut ne illum offendat? Et quomodo non in conspicuum malum seipsum unam cum illis immitteret? Quum enim liceat ipsi ut per se seruetur, etiam alios unam secum perdit. Unde enim salutem sperare datur? unde ueniam assequi? qui tunc nos excusabunt, ac e periculo eximet? fortassis hi qui nunc nos cogunt, & ad necessitatem pertrahunt? at hos ipsos quis illo tempore seruabit? Nam & ipsi alijs opus habent, ut ignem effugiant. Quod uero non ut te terream, haec nunc dico, sed uelut res ipsa reuera habet, audi quid ad discipulum dicat beatus Paulus, ad Timotheum germanum ac dilectum filium: Manus cito ne cui imponas, neque communices peccatis alienis. Vides a quanta non solum reprehensione, sed etiam poena, quantum in nobis fuit, liberauimus eos qui nos ad hoc munus perducere uolebant. Quemadmodum enim electis non satis est ad excusationem, si dicant, non ipse me ingessi, & quum non praescissem me eligendum, non effugi: sic neque eligentibus quicquam prodesse potest, si dixerint, se de electo ignorasse. Sed propter hoc etiam grauius fit crimen, quod quem non nouerunt, induxerunt, & que

Excusatio  
nulla, non re  
cte administrā  
tibus episco  
patum,

cc

cc

Eligentium  
Episcopum  
periculum,

Diffimile.

excusatio esse uidetur, accusationem auget. Quo modo enim non absurdum est, quum illi qui seruuum emere uolunt, & medicis ipsum ostendant, & emptionis sponsores expetant, & uicinos interrogent, & post hæc omnia nondum confidant, sed & multum tempus ad experimentum faciendum postulent: hi qui aliquem ad tamam administrationem allegere uolunt, simpliciter & prout contigit, si illi uel illi uisum fuerit, ad gratiam aut odium aliorum, testimonium ut eligatur præbent, nulla alia examinatione facta? Quis igitur nos tunc è periculo eximet, quum hi qui tueri ac defendere debebant, etiam ipsi patronis opus habeant? Oportet igitur & eum qui aliquem electurus est, multa diligentia rem perscrutari. At multò magis cum qui eligitur. Nam & si supplicij socios habet eos qui ipsum elegerunt, si quid deliquerit, tamen neq; ipse à supplicio liber est, sed & grauiorem pœnam dat, si saltem non ob humanam aliquam causam, præter honesti rationem ac conscientiam, electores quid admisserunt. Si enim in hoc deprehensi fuerint, & quem indignum nouerunt, propter aliquam causam induxerint, equalia supplicia utrosq; manent: & fortassis etiam maiora eum qui non idoneum sufficit. Qui enim potestatem exhibet ei qui Ecclesi-

am corrumpere uult, is utiq; fuerit omnium quae ille ausus est autor. Si uero nulli ex his criminibus obnoxius fuerit, uerum ex multorum uulgo opinione se deceptum esse dixerit, supplicij exors ne sic quidem manserit, sed paulò minorem pœnam, quàm ille qui electus est, dabit. Cur hoc tandem?

Quia uerisimile est electores à falsa opinione deceptos, ad hoc peruenisse. Qui uero electus est, non habet quod dicat, se sibi ignotum fuisse, quemadmodum ipse alijs ignotus fuit. Proinde ut qui grauius supplicium subiturus sit, quàm hi à quibus inductus est, ita diligentioris sui ipsius examinationem, quàm illi, facere debet. Et si ignorantes illi ipsum pertraxerint, accedere ac diligenter docere causas, per quas deceptos illos compescet, & ubi indignum se ipsum illorum approbatione ostendit, tantorum negotiorum molem effugiet.

Cur enim ubi de militia, & mercatura, & agricultura, & alijs temporalibus rebus cōsultatio proposita est, neq; agricola arripuerit navigationem, neq; miles agriculturam, neq; gubernator militiam, etiã si quis sexcentis mortis minis intentet? Aut manifestum est, quòd quisq; periculum ex imperitia imminens prospicit? Deinde ubi quidem paruorum rerum detrimentum est, tanta prouidentia utemur, & cogentium nos uiolentiæ non

Eligentes pot  
se falli, electos nō item.

Similia.



Violentiæ ele-  
ctorum præ-  
textus uanus.

concedemus : ubi uero æternum supplicium immi-  
net his qui sacerdotium administrare non noue-  
runt, simpliciter & prout contigit, tantum pe-  
culum subibimus, aliorum uiolentiam prætexen-  
tes? At non feret tunc is qui in nobis iudex est.  
Oportebat enim multò maiorem tutelam adhi-  
bere circa spiritualia, quàm carnalia. Nunc uero  
ne parem quidem adhibere comperimur. Dic e-  
nim mihi, si uirum aliquem suspicaremur esse ar-  
chitectum, ipsumq; ad opificium ædificandi uo-  
caremus, ipse uero sequeretur, deinde ad motis  
materiæ ad ædificandum paratæ manibus, ligna  
quidem ac lapides dissiparet, domum autem ex-  
trueret sic ut statim corruat, num sufficet ipsi ad  
excusationem, quod ab alijs coactus est, et quod nõ  
ipse ultro se offerens accesserit? nequaquam, & ualde sanè merito ac iustè. Oportebat enim etiã alijs  
ad hoc uocantiib. tergiuersari. Deinde ei quidẽ q  
ligna ac lapides dissipauit, nullũ patet refugium,  
ut ne det poenã. Qui uero animas negligenter ædi-  
ficando perdidit, aliorũ uiolentiam sibi sufficere  
putat ad effugiendũ supplicium? & quomodo non  
ualde solidum hoc est? Nondũ enim id addo, quòd  
nolentem nemo cogere poterit: sed dico ingentem  
ipsum perpeßũ esse uolentiã, & uarias artes per-  
tulisse, ut caperetur. Hoc igitur ipsum eximet à  
suppli-

Nolens nul-  
lus cogi po-  
test.

supplicio? Ne obsecro, ne in tantum nos ipsos de  
 cipiamus, neq; simulemus nos ignorare ea quae  
 uel pueris admodū nota sunt. Non enim profectō  
 & in reddenda ratione, hęc ignorantiae simula  
 tio nobis prodesse poterit. Nullū ipse studiū huc  
 contulisti ut principatum assumeres, imbecillita  
 tatis tuae tibi ipsi conscius bene hoc, & recte. O  
 portebat igitur eodem animi proposito, & alijs  
 uocantibus tergiuersari. Aut ubi quidē nemo uo  
 cabat, debilis tu eras, & non idoneus: postquam  
 uero inueni sunt qui dignitatem collaturi esēt,  
 derepente fortis euasisti? Ridicula sunt hęc, &  
 nugae, & extremo supplicio digna. Propterea e  
 nim & Dominus admonet, ut ne prius iaciat fun  
 damentū qui turrim extruere uelit, q̄ uires suas  
 expēderit, ut ne praetercūtibus infinitis modis se  
 deridendū exponat. At illic ad risum usq; detrimē  
 tū se extendit. Hic uero suppliciū est ignis inex  
 tinguibilis, & uermis non intermoriens, & stri  
 dor dentiū, & tenebrae exteriores, & dissecari,  
 & in hypocritarum ordinem redigi. Verum ni  
 hil horū expendere uolūt, qui nos accusant, alioq̄  
 reprehendere nos cessarent, qui nō temere perire  
 uoluerimus. Nō est nobis nūc proposita cōsidera  
 tio, de dispēsando tritico, & ordeo, neq; de bobus  
 ac pecoribus, neq; de alijs huiusmodi rebus, sed de

Ignorantia  
 neminem excu  
 sulat.

Corporis Te  
 su dispensa  
 tio episcopo  
 concedita.

ipso corpore Iesu. Ecclesia enim Christi, secundū  
 beatum Paulum, corpus est Christi. Et oportet  
 eū qui hoc sibi concreditū habet, ad multam bo-  
 nam habitudinem, & immensam pulchritudinē  
 id ipsum exercere, ita ut ubiq; circumspiciat, ne  
 alicubi macula, aut ruga, aut alius quispiam eius-  
 modi n̄uus sit, qui pulchritudinem & decorem  
 illum cōspurcet. Et quid enim aliud faciet, quā  
 ut id ipsum, quantum humanis uiribus concessū  
 est, incorruptibili illo ac beato capite, quod ipsi  
 incumbit, dignum efficiat? Si enim his qui circa  
 athleticam habitudinem studium collocant, &  
 medicis opus est, & p̄dotribis, & dieta exa-  
 cta, & exercitatione assidua, & innumeris alijs  
 obseruationibus: etenim uel uulgare quiddam in  
 his neglectum, omnia subuertit ac destruit: qui-  
 bus corpus hoc sorte obtigit curandum, quod  
 certamina nō aduersus corpora, sed aduersus pō-  
 testates uisui non occurrentes habet, quomodo ip-  
 sum integrum ac sanum seruare poterint, si non  
 longe humanam uirtutem excedant, & omnem  
 curationem animæ commodam nouerint? An i-  
 gnoras, quōd hoc corpus pluribus morbis ac in-  
 fidijs subiacet, quā nostra caro, & citius quā  
 illa corrumpitur, & tardius sanescit? Et his qui  
 dem qui illa corpora curant, & medicamenta ua-  
 ria

Corporis Ie-  
 su Ecclesie,  
 ornatus di-  
 gnus.

Simile, diffi-  
 mile.

ria inuenta sunt, & diuerse instrumentorū structurae, & alimenta aegrotis conuenientia. Sed et aeris natura saepe sola suffecit ad aegri sanitatem. Quandoque etiam somnus tempestiuē illapsus, ab omni labore medicū liberauit. At hic nihil horum excogitari potest. Sed una quaedam, post opera, ars ac uia medelae data est, uerbi doctrina. Hoc instrumentum est, hoc alimentum, hoc optima aeris temperatura, hoc pro medicamento est, hoc pro igne, hoc pro ferro, siue urere, siue secare opus fuerit, hoc uti necesse est. Et si hoc nihil profuerit, caetera omnia uana sunt. per hoc et iacentem animam excitamus, & inflammatam sedamus, & superflua ressecamus, & quae deficiunt explemus, & alia omnia facimus, quae ad animae sanitatem conducunt. Ad uitae equidem statum optimum, alterius uita ad parem emulationem te induxerit. Vbi uero anima circa spuria dogmata aegrotarit, hic multus requiritur uerbi doctrinae usus, non solum ad domesticorum securitatē, sed etiam ad externa bella. Siquidem enim quis habuerit gladium spiritus, et scutum fidei tantū, ut miracula edere possit, & per miracula impudentium ora obturare: huic nihil opus fuerit auxilio ē uerbi doctrina. Imò neq; tunc inutilis est huius natura, sed & ualde necessaria. Nam &

Verbi doctrina medela est corporis lesu, post opera ipsa.

Miraculorū praestantia.

Verbi doctrinae necessitas.

beatus Paulus ipsam usurpauit, et quidem quū ex  
 signis ubiq; admirationi esset. Sed & alius quidā  
 ex illo cœtu hortatur, ut huius facultatis studio-  
 22 si simus: Parati sitis, inquit, semper ad respon-  
 22 dendū cuilibet petenti à uobis rationem spei quæ  
 in uobis est. Quin et omnes tūc simul congregati  
 discipuli, ob nihil aliud Stephanū & socios eius,  
 uiduis gubernādis præfecerūt, quā ut ipsi uerbi  
 ministerio uacarent. Veruntamen non similiter  
 uerbi doctrinam inquiremus, si fortitudinem ex  
 signis habuerimus. Si uero illius facultatis ne ue-  
 stigium quidem reliquū est, multa uero undiqua-  
 que instant assiduaq; bella, per hāc de cætero ne-  
 cesse est ut nos muniamus, & ut ne hostium iacu-  
 lis feriamur, & ut illos feriamus. Quapropter  
 multum operæ huc impendere oportet, ut sermo  
 Christi opulentè in nobis inhabitet. Nō enim ad-  
 uersus unam speciem pugna nobis instrūda est,  
 sed uarium est hoc bellum, & ex diuersis hosti-  
 bus conflatū. Neq; enim iisdē omnes utuntur ar-  
 mis, neq; uno modo nos adoriri meditantur. Et  
 oportet eū qui aduersus omnes pugnam suscipe-  
 re uolet, omnium artes nosse, & eundem sagitta-  
 rium esse, & funda uti gnarum, & aciem instru-  
 ere potētem, & turmæ ductorem, & militem, et  
 imperatorem, & peditem, & equitem, & naua-  
 lis ac

Bella episco-  
 pis imminen-  
 tia.

lis ac muralis pugnae peritum. Etenim in milita-  
 ribus praelijs quae quisq; opus peragendum su-  
 scepit, per hoc adorientes hostes propulsat. At  
 hic res non ita se habet: sed nisi omnes nouerit ar-  
 tis species is cui uictoria cordi est, nouit diabo-  
 lus & per unam partem, quae neglecta fuerit,  
 suis piratis inductis oues diripere. Verum hoc non  
 contingit, ubi per omnem scientiam pastorem  
 progressum esse sentit, & insidiarum ipsius pro-  
 be gnarum. Proinde ab omnibus partibus probe  
 munitum esse oportet. Nam et urbs quam diu mu-  
 ro undiquaq; cincta fuerit, obsidentes deridet in  
 multa securitate manens. Si uero quis ad paruae  
 solum portae mensuram, murum diruat, nulli am-  
 plius est mœniorum utilitas, etiamsi quod reliquum  
 est in tuto consistat. Sic igitur & Dei ciuitas,  
 quam diu ipsam pastoris solertia ac prudentia ui-  
 ce muri cinxerit, omnia hostium machinamen-  
 ta in obprobrium ac risum cedunt, & habitato-  
 res intus illaesi manent. Quum uero quis ipsam ex  
 parte diruere poterit, etiamsi non totam destruat,  
 per partem totum ut ita dicam reliquum deuasta-  
 tur. Quid enim profuerit si quis aduersus Grae-  
 cos probe decertet, & deprudentur ipsum Iu-  
 dai? aut si utrosque hos superet, & diripiant  
 Manichaei? aut ubi etiam his superior euasit,  
 hi qui

Diffimile.

Simile.

hi qui fatū introducunt, ouiculas intus iugulent?  
 Et quid attinet omnes diaboli hæreses ac sectas  
 enumerare? Profectò si non omnes probè propul-  
 sare pastor nouerit, etiam per unam plures ouic-  
 ulas lupus deuorare poterit. Et in militari qui-  
 dem prælio, ab his qui stant & pugnant, uictori-  
 am aut cladem futurā semper expectare oportet.  
 At hic res longe in contrarium cedit. Sæpe  
 enim pugna aduersus alios suscepta, eos qui neq;  
 ab initio conflixerunt, neq; omnino quicquam la-  
 boris subierunt, quiescentes ac confidentes uicto-  
 riam assequi fecit: & is qui non multam experi-  
 entiam circa hæc habet, proprio gladio transfi-  
 xus, & amicis & hostibus se deridendum expo-  
 nit. Velut uerbi causa, conabor enim tibi & per  
 exemplum id quod dico declarare. Legem à Deo  
 Mosi datam, hi qui Valentini ac Marcionis ues-  
 niam exceperunt, et qui eadem cū illis sentiūt, ex  
 catalogo sacrorū scriptorū reijciunt. Iudæi uero  
 adeò eandem colunt, ut etiam tempore prohiben-  
 te, omnia seruare cōtendant, præter id quod Deo  
 placitum est. At Ecclesia Dei utrorumq; immode-  
 stiam fugiens, media uia progreditur, & neq; ip-  
 sius iugo subiectam se esse credit, neq; sustinet ip-  
 sam calumniari. Sed etiam abrogatam laudat,  
 eo quòd aliquando utilis fuit ad tempus. Opor-  
 tet

Hæreses dia-  
 boli.

Diffimile.

Valentini &  
 Marcionis ue-  
 sania.

Legis Mosa-  
 icæ ratio.

tet profectò eū qui contra utrosq; depugnare uolet, hanc symmetriā ac commoderationē nosse. Si ue enim Iudæos docere uolens, quod nō in tēpore ueteri legi inherēt, incōperit immodice ipsam accusare, non paruam ansam hēreticis dat, qui ipsi detrahere uolunt: siue his ora obturare studens, immodicē ipsam extulerit, & uelut necessariam in præsenti tempore admiratus fuerit, Iudæis ora aperit. Rursus qui Sabellij insaniam insaniunt, & qui Arii rabie correpti sunt, utrique ex immodestia à sana fide exciderunt. Et nomen quidem Christianorum utrisque incumbit. Si uero quis dogmata expenderit, illos nihil melius Iudæis affectos comperiet, præterquā quod de nominibus tantum contendunt: hos autem multam similitudinem ad hēresim Pauli Samosatēni habere cognoscet. utrosq; uero à ueritate digressos. Multum igitur & hic periculi est, & angusta ac arcta uia, præruptis rupibus utrinque intercepta. & timor non modicus imminet, ne quis alterum ferire uolēs, ab altero plagam accipiat. Siue enim quis unā dixerit deitatem, statim Sabellius ad suam insaniam uocem hanc pertrahit. Siue distinxerit rursus, alium patrem, alium filium, alium spiritum sanctum esse dicens: instat Arius, ad essentiæ diuersitatem pertrahens, eam quæ in

per-

Sabellij insania.  
Arii rabies.

Pauli Samosatēni hēresis.



personis est differentiã. Oportet aut̃ et impiam illius cõfusionẽ, et insanã huius diuisionẽ auersari ac fugere, ita ut deitatem patris & filij & spiritus sancti unã confiteamur, apponamus aut̃ tres personas siue substantias. Sic enim utriusq; incursiones uelut muro obiecto propulsare poterimus. Poterã aut̃ et alias multas cõplicationes ac cõgressiones colligere, aduersus quas nisi quis generosẽ et exactẽ pugnarit, innumeris uulneribus acceptis discedit. Quid uero quis dixerit de familiarium rixis ac nugis? Non enim minores sunt hæc externi insultus, sed maiorẽ etiã docenti sudorem pariunt. Alij enim præ curiositatis studio simpliciter et temere sciscitari solent, quæ neq; discipulis cõmoda sunt, neq; disci possunt. Alij rursus iudiciorum Dei rationem ab ipso exigunt, & magnam illam abyssũ dimectiri cogunt. Iudicia enim tua, inquit, abyssus multa. Et de fide quidem ac uitæ degendæ ratione paucos sollicitos comperias, plures aut̃ qui curiose scrutantur ac querunt ea quæ nec inueniri possunt, & quorum inquisitio Deũ exasperat. Quum enim ea quæ ipse nos scire noluit, discere annitimur, tum neq; sciemus: quomodo enim id contingat, nolente Deo? & periculum solum nobis ex querendo supererit. Attamen & his hoc modo se habentibus, ubi quis  
cum

Questionum  
familiarium  
onus.

cum autoritate obturavit ora eorum qui hæc inexplicabilia perscrutantur, is & arrogantia & ignorantia opinionem sibi affricat. Quapropter & hic multa prudentia uti oportet, quo præfectus Episcopus & illos ab absurdis questionibus abducatur, & criminationes relatas effugiat. Ad hæc autem aliud nihil, sed solum doctrinae uerbi auxilium datum est. Et si quis hæc facultate priuatus fuerit, animæ uirorum illorum qui ipsi subditi sunt, imbecilliorum inquam, & curiosorum, nihilo melius afficiuntur, quam naues quæ assidua maris tempestate uexantur. Proinde sacerdotem omnia facere oportet, quo huius facultatis uim assequatur. Et Basilius: Cur igitur, inquit, Paulus hanc uirtutem sibi parare non studuit, neque doctrinae uerbi ac sermonis inopiam occultat, sed etiam palam & expressè confitetur, se idiotam esse: & hoc ad Corinthios scribens, qui ex eloquentia clari erant, & ob hanc se ualde iactabant. Hoc ipsum inquit, hoc est quod multos perdidit, & circa ueram doctrinam segniores fecit. Quum enim Apostolicae mentis profunditatem exactè expendere nō possent, neque uerborum sententiam intelligere, per omne uitæ tempus dormitantes, et oscitantes, et hanc ignorantiam ample-

Verbi doctrinae necessitas.

Paulus idiotam se esse confitetur.

amplexantes perseuerarunt, non quam Paulus  
 de se prædicat, dum se idiotam ac indoctum esse  
 dicit, sed eam à qua intantum absfuit, quantum ne-  
 mo alius omnium qui sub cælo sunt hominum. At  
 hic sermo nobis ad opportunum tempus differat  
 tur. Interim uero illud dicam. Demus ipsum esse  
 idiotam, hac parte qua ipsi uolunt: quid igitur hoc  
 ad eos qui nunc sunt homines? Ille etenim habebat  
 facultatem eloquentia multo maiorem, &  
 quæ plura perficere posset. Apparès enim solum,  
 & tacens, demonibus formidabilis erat. Qui ue-  
 ro nunc sunt, omnes simul congressi, cum infinitis  
 precibus ac lachrymis, non possint tantum præ-  
 stare, quantum aliquando Pauli semicineta po-  
 tuere. Paulus orans mortuos excitauit, et alia hu-  
 iusmodi miracula edidit, ut etiam apud externos  
 Deus putaretur. Et antequam ex uita hac disce-  
 deret, dignus factus est qui raperetur ad tertium  
 usq; cælum, & particeps fieret uerborum, quæ  
 fas non est humanam naturam audire. Qui uero  
 nunc sunt: sed nihil molestum aut graue dicere  
 possum. Nam & hæc non insultans ipsis dico,  
 sed admirans, quomodo non horrent tanto uiro  
 seipsos cõparare. Etenim si miraculis omiſſis ad  
 uitam beati illius deuenerimus, & conuersatio-  
 nem ipsius angelicam expenderimus, etiam in  
 hac

Pauli excel-  
lentia,

Episcopi sui  
temporis,

hac magis quam in signis, athletam Christi uictorem uidebis. Quid uero opus est recensere emulationem, mansuetudinem, assidua pericula, perpetuas curas, indefinemes pro Ecclesijs sollicitudines, condolentiam erga debiles, multas afflictiones, nouas semper persecutiones, quotidianas mortes? Quis enim orbis terrarum locus, que continens, quod mare iusti illius certamina ignorauit? Illum etiam inhabitabilis terra cognouit, que periclitantem sepe suscepit. Omne enim insidiarum genus pertulit, & omnem uictoriae modum percurrit: & neq; certare, neq; coronari unquam desijt. At enim haud scio quomodo eò peruenerim, ut cõtumelia uirum afficiam. Egregia enim ipsius facta omnem dicendi facultatem exuperat: nostram uero in tantum, quantum & nos dicendi periti excedunt. Attamen & sic (neq; enim ab euentu, sed ex uoluntate beatus ille nos iudicabit) non desistam, donec hoc dixerò, quod in tantum relata excedit, quanto ipse omnibus hominibus præstantior est. Quid igitur est hoc? post tot præclara facta, post innumeras coronas, in genenam detrudi, & æterno supplicio tradi optauit, quo Iudei qui sepe ipsum lapidarant, & quantum in ipsis fuerat occiderant, seruari uentur, & ad Christum accederent. Quis sic desiderauit Chri-

Pauli uotum  
inextimabile.

Idiotam Paulus  
cur se dixit.

Oratorum  
græcorum  
uirtutes.

stum? si modo desiderium hoc appellare oportet, & non aliud quid desiderio amplius. Adhuc igitur nos ipsos illi comparamus? post tantam gratiam quam ex supernis accepit, & quam ex seipso ostendit: & quid nam hoc magis temerarium esse possit? Quod uero neq; hic fuerit idiota, uelut illi putant, & hoc deinceps demonstrare conabor. Illi etenim non solum eum qui in externæ eloquentiæ præstigijs exercitatus non est, idiotam appellant: sed etiam eum, qui pro ueritatis dogmatis decertare nõ nouit. & recte in hoc sentiunt. At uero Paulus non in utrisq; idiotam se esse dixit, sed in altero solum. Et hoc cauens, distinctionem diligenter fecit, dicens sermone se idiotam esse, at non cognitione. Ego uero si Isocratis plenam lenitatem exigerem, & Demosthenis tumidam amplitudinem, & Thucydidis grauem maiestatem, & Platonis sublimem altitudinem, tum sane hoc Pauli testimonium in medium adducere oportebat. Nunc uero illa omnia omitto, & curiosum externorum ornatum, & dictionem, & narrationem nihil curo. Verum liceat & dictionem esse inopem, & compositionem uerborum simplicem ac frugalem, modo ne quis cognitione & dogmatum certitudine ac promptitudine idiota sit: neq; quo propriam ignauiam obuelet, beato illi

to illi maximam uirtutem, & laudum ipsius summam detrahat. Vnde enim, dic mihi, Iudaeos Damascus inhabitantes confudit, quum nondum signa edere esset auspicatus? Vnde Graecos deuicit? Cur uero ad Tarsum relegatus est? Nonne postquam per doctrinae uerbi fortitudinem uicisset, ipsosq; adeo exagitasset, ut etiam ad caedem illius exasperati essent, quum uictos se esse, ferre non possem? Tū enim nondū miracula edere coeperat. Neq; est quod quis dicere possit, ex miraculorum gloria ipsum multis admirandum uisum esse, eosq; qui ipsum oppugnarūt, à uiri existimatione oppressos esse. Hucusq; enim ex doctrina uerbi sola uictoriam obtinebat. Ceterum aduersus eos qui Iudaismum tractabant in Antiochia, unde decertauit ac disputauit? At Ariopagita ille superstiosissimae istius urbis, nonne à sola concione ipsum sequutus est unā cum uxore? Eutychus autē quomodo è fenestra decidit? Nō ne postquam usq; ad profundā noctem uerbo doctrinae ipsius intentus fuisset? Quid uero in Thessalonica & Corintho? Quid in Epheso, & in ipsa urbe Romana? non ne totos dies ac noctes consequenter cōsumpsit in expositionem scripturarum? Quid attinet referre disputationes aduersus Epicureos ac Stoicos? Si enim omnia recensere uelim, in nimiam lō

Verbi doctrinae in Paulo excellentia.

gitudinem oratio elabetur. Quū igitur & ante  
 signa, & in media miraculorum editione, multa  
 uerbi doctrina usus appareat, quomodo adhuc  
 audebunt idiotam appellare eum qui à disputan-  
 do ac concionando apud omnes in admiratione  
 fuit? Cur enim Lycaones ipsum suspicati sunt es-  
 se Mercurium? Nam quòd Barnabam ac Paulum  
 Deos putarent, ex miraculis factum est. Quòd  
 uero Paulum Mercurium, non iam ex signis, sed  
 sermonis facultate contigit. Ex qua uero re præ-  
 rogatiuam præ alijs Apostolis beatus hic obtinu-  
 it? & unde per uniuersum terrarū orbē per om-  
 niū ora multum celebris habetur? Vnde nō apud  
 nos solum, sed & apud Iudeos ac Græcos præ or-  
 mnibus admirationi est? Nō ne ab epistolarū uir-  
 tute, per quam non solum credentibus illius tem-  
 poris, sed etiam eis qui ex illo tempore usque in  
 hunc diem credidere, & qui postea usq; ad aduē-  
 tum Christi credituri sunt, profuit & proderit:  
 & hoc facere nunquam desinet, quā diu huma-  
 num perdurabit genus. Nam uelut murus ex ada-  
 mante constructus, scripta eius Ecclesias per om-  
 nem terrarum orbem ubiq; muniunt. Et uelut ge-  
 nerosissimus uictor etiam nūc in medio consistit,  
 captiuam ducens omnem cogitationem ad obedi-  
 endum Christo, & demoliens consilia & omnem  
 celsitudinem.

Epistolarum  
 Pauli uirtus.

celsitudinem, quæ se extollit aduersus cognitionem Dei. Atq; hæc omnia operatur per eas quas nobis reliquit epistolas, admirandas illas, & diuina sapientia refertas. Nō solum autem ad dogmatum spuriorum subuersionem, et genuinorū confirmationem, commoda sunt nobis Pauli scripta ac epistolæ, sed & ad bene uiuendū non minimā partem nobis conducūt. His enim adhuc etiā nūc Antistites utentes, castā uirginem quam Christo adaptauit, cōcinnant ac effingunt, et ad spiritualem pulchritudinem perducunt. His quoq; irruentes in ipsam morbos propulsant, & sanitatem quæ adest conseruant. Talia nobis idiota ille reliquit medicamenta, tantam uim habentia, quorū experientiam probè tenent hi qui assidue ipsis utuntur. Atq; ex his quidem manifestum est, multum studij ipsum in hanc partem collocasse. Audi uero & quæ ad discipulum scribens dicit. Attende, inquit, lēctioni, exhortationi, doctrinæ. Et fructum ex hoc apponit dicens: Nam si hoc feceris, et te ipsum seruabis, & te audiētes. Et rursus: Seruum Domini non oportet pugnare, sed mitē esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malorum. Et progressus ait: Tu uero per seuera in his quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt, quum scias à quo didiceris, & quod à pu



22 ero sacras literas noueris, quæ te erudire possunt.  
 22 Etrursus: Omnis scriptura diuinitus inspirata, et  
 22 tiam utilis est, inquit, ad doctrinam, ad redargutio-  
 22 nem, ad correctionem, ad institutionem in iustitia, ut  
 22 perfectus sit Dei homo. Audi uero et quid addat,  
 dum ad Titum de Episcoporum constitutione lo-  
 22 quitur: Oportet enim, inquit, Episcopum ample-  
 22 cti fidelem secundum doctrinam sermonem, ut po-  
 22 tens sit et exhortari per sanam doctrinam, et  
 22 contradicentes redarguere. Quomodo igitur is  
 22 qui idiota est, uelut hi dicunt, contradicentes re-  
 darguere poterit, ipsisque ora obturare? Quæ ue-  
 ro fuerit utilitas, ut quis attendat lectioni ac scri-  
 pturis, si hanc imperitiam amplecti oportet? Si-  
 gmenta hæc sunt, et prætextus, et segniciei ac  
 pigritiæ uelamenta. At sacerdotibus, inquit ali-  
 quis, hæc præcipit. Et nobis nunc de sacerdotibus  
 ac episcopis sermo est. Quod uero etiam subdi-  
 tis, audi quid alios in alia Epistola commonefaci-  
 22 at: Sermo Christi inhabitet in uobis opulente cum  
 22 omni sapientia. Et rursus: Sermo uester semper  
 22 cum gratia sit sale conditus, ut sciatis quomodo  
 oportet uos unicuique respondere. Sed et illud, Ut  
 parati simus ad respondendum: ad omnes dictum  
 est. Ad Thessalonicenses item scribens, Aedificate,  
 inquit,

Paulus non  
idiota.

Episcopi se-  
gniciem suam  
Pauli dictis  
uelant.

Verbi doctri-  
næ cognitio-  
nem in omni-  
bus requiri.

inquit, alter alterum, sicut et facitis. Vbi uero de  
sacerdotibus uerba facit: Qui bene præsumt, in- <sup>cc</sup>  
quit, presbyteri, duplici honore digni habeantur, <sup>cc</sup>  
maxime hi qui laborant in uerbo & doctrina. <sup>cc</sup>

Etenim hic absolutissimus doctrinae terminus est,  
quæ sacerdotes & per ea quæ faciunt, & per ea  
quæ docet, eos quos erudiunt, induxerint ad bea-  
tam illam uitam quam Christus constituit. Non  
enim sufficit facere, ad hoc ut doceas. Et non est  
meus hic sermo, sed Seruatoris. Quicumque e- <sup>cc</sup>  
nim, inquit, fecerit & docuerit, hic magnus uo- <sup>cc</sup>  
cabitur. Si uero facere, esset docere, ex superfluo  
alterum additum esset. Satis enim fuisset dixisse,

Et facere, &  
docere præce-  
ptum nobis est.

Quicumq; fecerit solum. Nunc uero utraq; distin-  
xit, & per hoc ostendit, quod alterum operum est,  
alterum uerbi ac sermonis: & quod alterum altero  
opus habet uicissim ad perfectam ædificationem.  
Aut non audis quid uas hoc Christi electum ad pres-  
byteros Ephesiorum dicat? Quapropter uigilate,  
memores quod per triennium nocte ac die non cessa-  
uerim cum lachrymis monere unumquemq; uestrum.

Quæ enim lachrymarum utilitas fuit, aut admoni-  
tionis per sermones, uita apostolica ita in ipso splen-  
dente? At ad mandatorum quidem observationem,  
hec uita magnam nobis partem conferre poterit.  
Neq; enim illam ipsam solam totum peragere dixerim.

Vita recta  
quantum  
profit.

Quū autē de dogmatibus certamen exortum est, & omnes per easdem scripturas pugnant, qualem uim hic uita ostendere poterit? Quæ est utilitas multorū sudorū, ubi post illos labores, ex multa imperitia ad heresim aliquis dilapsus, à corpore Ecclesiæ fuerit resectus: id quod ego multos perpeffos esse noui. Quale lucrum ipsi ex patientia coninget? nullum: quemadmodum neq; sanæ fidei, si uita fuerit corrupta. Ob has igitur causas, eiusmodi certaminum imprimis expertus esse debet is, cui alios docendi munus sorte obtigit. Nā etiamsi ipse securus consistat, ita ut nihil à contradicentibus lædatur, tamen simpliciorū hominū multitudo quæ ipsi subiecta est, ubi uiderit ducē uictū esse, & nihil habere quod aduersus cōtradicentes producat, nō illius imbecillitatē, sed doctrinæ debilitatē in causa esse dicunt quod ille sit uictus. Et propter unius imperitiā multus populus in extremā perniciē delabitur. Etsi enim non omnino ad aduersarios transeant, tamen de quibus cōfidere debebant, & aliās poterant, de his ambigere coguntur: & ad quos cū fidē non labante accesserunt, his iam non amplius cum eadem firmitate attendere possunt. Sed tanta tempestas animas illorum diuexat, ex eo quod doctor ipsorum uictus est, ut id mali in naufragium tandem destinat.

Doctrinæ uerbi  
ignarus e-  
piscopus quæ  
mala inducat,

nat. Quanta uero perniciēs, & quantus ignis in  
 miserum illius caput conflectur, ex singulis his qui  
 pereunt, nihil opus habes ut à me discas, qui ipse  
 omnia exacte cognouisti. Hoc igitur arrogantiae,  
 hoc uanae gloriæ est, quòd noluerim tot homini-  
 bus interitus autor esse, neq; mihi ipsi maius sup-  
 plicium parare, quàm nunc illic imminet? Et quis  
 nam hæc dixerit? Nemo, nisi si quis frustra ac te-  
 mere nos accusare uelit, & in alienis calamita-  
 bus philosophari. Et quanta quidem experientia  
 doctori opus sit, ad certamina pro ueritate, satis  
 à nobis demonstratum est. Habeo autem ad hæc  
 aliud quiddam quod referam, & quod innume-  
 rabiliū periculorum causa est. Imò potius non  
 illud ego causam esse dixerim, sed eos qui ipso nõ  
 recte uti nouerunt. Nam res ipsa & salutem, &  
 multa bona concilia si administratores sedulos  
 ac bonos inuenerit. Quid igitur hoc est? Multus  
 ille labor qui circa conciones in communi ad po-  
 pulum fientes impenditur. Primum enim maior  
 subditorum pars non uult se ad concionantes ac  
 cõmodare, uelut ad præceptores: sed discipulorũ  
 ordinem transgressi, spectatorum locum arripi-  
 unt, eorum qui in externis certaminibus confi-  
 dent. Et quemadmodum illic multitudo uulgi scin-  
 ditur, ita ut alij huic, alij illi applaudant: Sic sa-

Concionan-  
 di labor.

Spectatores  
 in concioni-  
 bus pro audi-  
 toribus.

nè et hic scisci, alij huic, alij illi adherent, ad gratiam & odium concionatores audientes. Et non hoc solum est quod molestum est, sed etiam aliud nihilo inferius illo. Si enim contigerit ut aliquis concionator partem quandam ab alijs elaboratâ sermonibus suis intexat, maius obprobrium incurrit quàm hi qui pecunias furantur. Sæpe uero & ubi nihil aliunde accepit, sed suspectus solum de eo est, pro deprehenso in furto habetur. Et quid dico de his quæ ab alijs elaborata sunt? ipsum suis ipsius inuentis assidue uti non licet. Non enim ad utilitatem, sed ad delectationem plerique audire assueti sunt: uelut tragædorum aut citharædorum iudices confidentes. Et dicendi illa uis quam paulò antè reijciebamus, adedò hic desideratur, ut neq; à rhetoribus requiritur, si quando inter se depugnare coguntur. Generosa igitur & hic anima opus est, et quæ nostram tenuitatē multum transgrediatur, quo inordinatam illâ & inutilem uulgi uoluptatē castiget, & auscultationem ad maiorem utilitatem transferre possit, ut populus ipsum sequatur ac cedat, & non ipse illorum cupiditatibus ducatur. Hoc autem fieri nō potest citra laudis contemptum, ac dicendi facultatem. Nam si horum alterum absuerit, quod reliquum est, ab altero seiunctū inutile est. Siue enim

Furta concionatorum reprehendi,

Laudis contemptus.

nima

nim laudem contemnens, non protulerit doctri-  
 nam gratia ac sale conditam, facile à multis con-  
 temnitur, nihil ex magnitudine illa animi lucra-  
 tus. Siue hanc partem recte tractans, à gloriæ  
 plausu uincatur, rursus detrimentum & ipsi &  
 multitudini incumbit, dum ad gratiam auditorū  
 magis quàm ad utilitatem dicere studet, propter  
 laudis cupiditatem. Et quemadmodum is qui ne-  
 que laudibus afficitur, neque dicendi facultate  
 præstat, nec multitudinis uoluptatibus concede-  
 re, nec memorabilem aliquam utilitatem asserre  
 potest, eo quòd nihil habeat quod dicat: Sic qui  
 laudis desiderio trahitur, quum multos meliores  
 reddere possit, pro his quæ id faciunt, ea quæ ma-  
 gis his delectare possunt in medium asserens, po-  
 puli plausus captat ac emit. Proinde optimū prin-  
 cipem ab utraq; parte fortè esse oportet, ut ne al-  
 terū ab altero subuertatur. Quū enim in medium  
 progressus dixerit ea quæ segniter uitā ignauam  
 degentes perstringere possunt, deinde offenderit  
 ac lapsarit, orationeq; exciderit, et præ dicēdi in-  
 opia erubescere cogitur, statim lucrū illud dicto-  
 rū ab ipso diffluit. Nā qui ab ipso perstricti sunt,  
 quū doleant ob ea quæ ille in ipsos dixit, & non  
 habeant aliàs quo ipsum ulciscantur, ignoran-  
 tiæ conuicia in ipsum iaciunt, dum se per hæc

sua ipsorū obprobria umbra integere putāt. Quā  
 propter uelut optimum aliquem aurigam decet,  
 ita ambo hæc bona ad exactam promptitudinem  
 perducere oportet, quo utraq; pro decore tra-  
 ctare possit. Quum enim ipse à nemine reprehendi  
 poterit, tunc omnes sibi subditos, cum quanta  
 uoluerit potestate, & castigare & relaxare po-  
 terit. Ante hoc uero, non ita ipsi facile fuerit hæc  
 facere. Porrò animi magnitudinem non solum us-  
 que ad laudis contemptum ostendere oportet, sed  
 etiam ulterius proferre, ut ne rursus imperfectum  
 sit lucrum. Quid nam igitur aliud conuenire  
 opus habet? liuorem & inuidiam. At uero intem-  
 pestiuas accusationes ( necesse est enim Anaxitē  
 temerarias reprehensiones sufferre ) neq; immo-  
 dice timere ac formidare, neq; simpliciter cōtem-  
 nere, bonum est. Sed etiamsi falsæ fuerint, et à uul-  
 garibus hominibus nobis inducantur, conari o-  
 portet ut statim ipsas extinguamus. Nihil enim i-  
 ta auget famam tum malam, tum bonam, uelut  
 incomposita multitudo. Nam citra iudicium &  
 audire, et effutire solita, simpliciter prout quidq;  
 incidit, loquitur, nullam ueritatis rationē habēs.  
 Hac itaq; de causa uulgi multitudinē contēnere  
 non oportet, sed prauas suspiciones statim ubi in-  
 cipiunt excindere, ita ut persuadeas accusato-  
 res,

Inuidiæ con-  
 temptus.

Accusationū  
 extinctio.

res, etiam si impudentissimi omnium fuerint, & nihil omnino omittas ex his quæ opinionem malam delere possunt. Si uero ubi nos omnia fecerimus, reprehensores quiescere noluerint, tum iam contemnere ipsos oportet. Nam si quis ob eiusmodi insultus animo deiecto esse coeperit, is nunquam generosum & admirandum quicquam parere poterit. Tristitia enim & assidue curæ animæ uim prosternere, & ad extremam debilitatē perducere possunt. Ita igitur Episcopum oportet affici erga subditos, uelut pater erga liberos admodum infantes afficitur. Quemadmodum enim neq; dum illi proterui sunt, neq; dū nos cædunt, neq; dum plorant, concitamur: imò neque ubi nobis arrident, ob id ualde nobis placemus. Sic & horum neq; laudibus intumescere, neq; uirtutibus concidere oportet, ubi intempestiue ab ipsis fiant. Difficile autem hoc est o bone, & fortassis etiā, arbitror, ex his quæ fieri non possunt. Nam non gaudere si quis laudetur, haud scio an ulli unquam homini contigerit. At si quis inde letatur, eum uerisimile est & cupere laudibus frui. Qui uero frui cupit, eum necesse est omnino, ubi has non consequitur, tristari, ac dolore affici. Quemadmodum enim hi qui diuitijs letantur, ubi in paupertatem collapsi fuerint, grauatè se-

Similes

Non gaudere  
ob laudes.

Similia

runt:



runt: Et qui in delicijs uiuere abucuerunt, frugaliter uiuere non sustinuerint: Sic & qui laudis amore ducuntur, non solum ubi temere uituperantur, sed etiam quum non assidue laudantur, uelut fame quadam animam corrumpunt. atq; hoc tum maxime, quum in laudibus enutriti fuerint, aut etiam alios laudari audierint. At uero cum tanta cupiditate ad docendi certamen progressu, quanta negotia & quantos dolores habere putas? profecto neq; mare sine undis unquam esse potest, neq; anima illius sine curis ac mœrore. Nam quum multam in dicendo facultatem habuerit, hoc autem in paucis reperire datur, neq; sic ab assidua afflictione liber est. Quandoquidem enim non naturæ est, sed discipline ipsa eloquentia, etiam si ad summum ipsius fastigium quis peruenerit, tunc ipsum destituit, si non assiduo studio & exercitatione hanc facultatem excoluerit. Quare doctioribus maior quam imperitiis labor incumbit. Neq; enim æquale detrimentum utrisq; accedit, si negligentes fuerint. Sed tanto illorum damnum amplius est, quantum interest inter utramq; possessionem. Et imperitos quidem nemo accusarit, si nihil memoratu dignum præstiterint. Periti uero nisi semper maiora opinione, quam omnes de ipsis habent, protulerint, multas criminationes

Laudis cupiditas noxia.

Eloquentia  
exercitatione  
constat.

nes ab omnibus perferunt. Ad haec uero illi uel ex paruis magnas laudes assequi poterint. At si haec quae ab his praestantur non fuerint ualde admiranda ac stupenda, non solum non laudantur, sed etiam uituperatores multos habent. Non enim ex his quae dicuntur, ita ut ex praecoepta de dicentibus opinione, auditores iudicium faciunt. Quapropter ubi quis omnibus in dicendo praestiterit, tunc maxime laboriosa industria opus habet. Neque enim id quod humanae naturae commune est, quod uidelicet non omnia assequitur, illi praetendere licet. Sed nisi ea quae dicit, per omnia magnitudini praegresse de ipso opinionis responderint, innumeris cauillis ac criminationibus acceptis a populo discedit. Et nemo illud de ipso secum reputat, quod tristitia allapsa, et sollicitudo, et cura, saepe uero etiam ira, mentis puritati tenebras offudit, et partus sinceris prodire non permittit: et quod omnino si quis homo est, non semper idem esse potest, neque in omnibus successum habere. Verum fieri potest ut aliquando delinquat, et propria sua facultate inferior appareat. Horum nihil uelut dixi, illi secum considerare uolunt, sed uelut angelum iudicantes crimina inducunt. Sed et alias solemus aliorum recta facta, etiam si multa sint, ac magna, negligere ac contemnere. Si uero uitium alicubi apparuerit, idque uel uulgare fuerit,

uel

Humanæ naturæ commune est, non omnia assequi,

Iudiciorum peruersitas,

uel per longum temporis interuallum acciderit,  
 tamen statim sciuimus, & prompte reprehendimus, et semper meminimus: & paruum hoc ac uile, multorum et magnorum illorum existimationem sepe imminuit. Vides o preclare, quod is qui dicendi facultate prestat, ampliore studio opus habet, & ad studium etiam patientia tanta, quanta neq; omnes hi quos antea tibi recensui opus habebant. Multi enim ipsum assidue adoruntur frustra ac temere, et qui nihil habet quod obijciant, nisi quod ob id, ipsum odio habent, quod apud omnes in precio est. Et amaram horum inuidiam generoso animo ferre oportet. Nam detestabile hoc odium quod temere colligunt, quum occultare non possint, & conuiciantur, et reprehendunt, & clanculum calumniantur, & palam improbitatem suam declarant. At anima que ad singula hæc dolere & exasperari coeperit, non euitare potest ut non mœrore conficiatur. Etenim non per seipsos solum ipsum impetunt, sed etiam per alios hoc facere tentant. Et sepe aliquæ nulla dicendi facultate preeditum eligunt, & laudibus attollunt, & supra dignitatem admirantur, atq; hoc alij præ insania, alij ex ignorantia ac inuidia faciunt, quo existimatione huius euertat, non ut eum qui talis non est admirandum ostendant.

Olium ob  
 recta facta.

dant. Et non aduersus hos solum illi certamen in-  
 stat, sed saepe etiam aduersus totius populi impe-  
 ritiam. Quandoquidem enim nō datur ut omnes  
 conuenientes, ex eruditis uiris colligantur, sed  
 maior Ecclesiae pars ex idiotis ac indoctis con-  
 stet: reliqui uero etiam ipsi illis quidem sint pru-  
 dentiores, uerum longè amplius absunt ab his qui  
 de dicendi facultate iudicare possunt, quàm quan-  
 tum ab ipsis absunt reliqui omnes, unus aut aut  
 alter tantum sedeat, qui hanc iudicandi uirtutem  
 habet: necesse est eum qui melius concionatur, mi-  
 nus applausus auferre, quandoq; uero ne lauda-  
 tum quidem discedere. Et oportet sanè aduersus  
 has iudiciorum inaequalitates generose instructū  
 esse, & his quidem qui ex imperitia haec faciunt  
 ignoscere: eos uero qui ob inuidiam hoc in se ad-  
 mittunt, uelut miseros ac miserabiles deplorare,  
 & à neutris horum facultatem suam minorem fa-  
 ctam esse putare. Neq; enim si pictor sit optimus,  
 & omnes arte excellat, ubi depictam à se cū mul-  
 ta diligentia imaginem, ab artis imperitis caullis  
 impeti uiderit, animo deiecto esse debet, & ob  
 imperitorum iudicium, malam putare picturam:  
 quemadmodum neq; eam quæ reuera mala est, ex  
 eo quòd rudibus artis stupenda uidetur, admira-  
 tione dignam & amplectendam ducere debet.

Indiciorum  
 inaequalitas,

Simile.

Concionator  
Deo placere  
studeat.

Laudis cōte-  
ptus necessi-  
tas.

Optimus enim artifex sit etiam ipse suorum operum iudex, & ea quæ facit uel bona, uel mala dicat hac ratione, prout mens quæ ipsa fabricauit, suffragia tulerit. At externorum opinionem, errorem illam & artis rudem, neque in mentem uenire permittat. Proinde neque is qui doctrinæ certamen suscepit, externorum laudibus attendat, neque ex his animum suum deiciat, sed ita sermones pro concione faciat, ut placeat Deo. Hæc enim sit ipsi regula, hic terminus solus constitutus optimi illorum opificij, non applausus, non laudes. Si tamen etiam laudetur ab hominibus, laudæ ne repellat. Si uero auditores illas non tribuant, ne querat, neque doleat. Sufficiens enim ipsi laborum solatium, imò omnium maximum est, quum sibi ipsi conscius esse poterit, quod seipsum composuerit, & doctrinam adaptarit, ad hoc ut complacet Deo. Nam si temerariæ laudis cupiditate captus fuerit, nulla ipsi multorum laborum, neque facultatis dicendi utilitas erit. Anima enim quæ solidas uulgi reprehensiones ferre non potest, exoluitur, & studium dicendi abijcit. Quapropter omnium maxime eruditum esse oportet, ad laudum contemptum. Non enim satis est dicendi artem scire ad hoc ut hæc facultas conseruetur, nisi & laudum contemptus affuerit.

rit. Si uero quis rem exacte expendere uelit, comperiet & cum qui hanc dicendi uirtutem non habet, opus habere laudum contemptu, non minus quam illum qui disertus est. Nam si ad uulgi de se opinionem spectat, multa peccata admittere cogetur. Quum enim claris illis in dicendi uirtute adaequare se non possit, insidiari & inuidere ipsis, & frustra reprehendere, ac multa eiusmodi praeter decorum facere non recusabit. Imò omnia audebit etiam si animam perdere oportuerit, quo illorum existimationem ad suae tenuitatis humilitatem deducat. Ad haec & à sudoribus laborum recedet, uelut torpedine quadam per animum ipsius dispersa. Nam si quis multum laboret, & exiguum laudis fructum ferat, is nisi laudes cōtemnere didicit, sufficiens hoc habet, quod animum eius deiciat, ipsumq; ad altum somnum conuertat. Nam & agricola ubi macram regionem colit, & petras arare cogitur, statim à labore desistit, nisi multa ad hanc rem praeditus fuerit alacritate, aut famis timorem incumbentem habuerit. Si enim hi qui multa dicendi facultate praestant, tantū opus habent exercitatione, ad possessionis eius conseruationem: Qui nihil omnino eius collegit, sed in certaminib. habendarū concionum meditari cogitur, quantam sustine-

Simile

bit difficultatem, quantum tumultum, quantum  
 turbationem, quo multo labore parum quid colli-  
 gere possit. Si uero etiam quis ex inferioribus ip-  
 so, & minorem ordinem sortitis, in hac parte ma-  
 gis quàm ille illustris fuerit, diuina quadam hic  
 anima opus est, ut ne inuidia capiatur, neq; pre-  
 tristitia concidat. Nam ab inferioribus superari  
 ipsum, qui in maiori dignitate sit constitutus, &  
 generose hoc ferre, non cuiuslibet, neq; nostrae,  
 sed adamantinae cuiusdam animae fuerit. Et si qui-  
 dem mansuetus fuerit, ac ualde moderatus is qui  
 claritudine superat, tolerabile utcumq; fit malū.  
 Si uero & audaculus & arrogans & ambitio-  
 sus, mors illi quotidie exoptanda est: adeo amara  
 ipsi efficiet uitam, dum palam excellit, clanculū  
 subsannat, potestati illius multum detrahit, om-  
 nia ipse esse cupiens. At in his omnibus maximam  
 securitatem ei parit dicendi libertas, & multitu-  
 dinis erga ipsum studium, & si ab omnibus sub-  
 ditis amatur. Aut non nosti quantus eloquentiae  
 amor nunc Christianorum animas inuasit? &  
 quod hi qui hanc exercent, in maximo honore,  
 non apud exteros solum, sed & apud fidei ac pie-  
 tatis cultores habeantur? Quomodo igitur quis  
 tantam ignominiam perferre possit, quum ipso  
 concionante omnes taceant, & perturbari se pu-  
 tent, &

Ab inferiori-  
 bus superari  
 molestia.

Eloquentiae stu-  
 diū ac precium.

tent, & sermonis finem uelut quandam laborum  
 requiem expectent? alterum uero uel diutissime  
 concionantem patienter audiant, & ubi desine-  
 re uult & greferant, & ubi silere cupit exasperen-  
 tur? Hæc enim etiamsi parua esse tibi nunc uideã  
 tur, ac despicabilia, propterea quod expertus nõ  
 es, tamen talia sunt quæ ad extinguendam prom-  
 ptitudinem sufficiant, & ad animæ uires exol-  
 uendas: nisi quis seipsum ab omnib. humanis af-  
 fectionibus subtractum assuefaciat, ut uelut in-  
 corporeæ uirtutes affectus sit, quæ neq; inuidia,  
 neq; gloriæ amore, neq; alio quopiam huiusmodi  
 morbo corripuntur. Siquidẽ igitur est aliquis ho-  
 mo eiusmodi, ut bestiã illã captu difficilem, & in-  
 domitam ac truculentam, multitudinis uidelicet  
 existimationẽ, conculcare possit, & multa ipsius  
 capita resecare, imò neq; permittere omnino ut  
 enascantur: is sanè facile poterit & multos hos  
 impetus ac insultus propulsare, et tranquillo quo-  
 dam portu frui. Si uero ab hac non fuerit liber,  
 bellum quoddam multiforme, & tumultum assi-  
 duum, & tristitias, & reliquarum affectionum  
 turbam, animæ suæ parabit. Quid autem opus est  
 & reliquas enumerare difficultates, quas neque  
 dicere, neq; discere quispiam poterit, nisi qui in  
 his rebus fuerit uersatus? Et quæ quidem hic no-

Animus ab af-  
 fectionibus liber.



bis impendent molestiarū onera, talia sunt, quae  
 lia ex me audiuiti. At uero quae nos illic manent,  
 quomodo feremus? quum pro singulis nobis con-  
 creditis rationem reddere cogamur? Non enim  
 usque ad ignominiam detrimentum se extendit,  
 sed etiam aeternum supplicium nos expectat. Nā  
 illud, Parete his qui praesunt uobis, & concedi-  
 te. nam ipsi uigilant pro animabus uestris: etiam  
 si prius dixi, tamen neq; nūc silebo. Timor enim  
 huius comminationis, animam meam concutit.  
 Si enim ei qui unum solum offendit, expedit ut  
 suspendatur mola asinaria in collum eius, ac  
 demergatur in profundum maris: & omnes qui  
 fratrum conscientiam offendunt, in ipsum pec-  
 cant Christum: qui non unum, aut duos, aut tres,  
 sed tantam multitudinem perdiderint, quid tan-  
 dem patiemur? & qualem dabunt poenam? Neq;  
 enim imperitiam praetendere licet, neq; ad igno-  
 rantiam confugere, neq; necessitatem ac uim pro-  
 ducere. Verum ex subditis aliquis citius in suis  
 peccatis, si sanè liceret, hoc effugio uti posset, q̄  
 amittites in peccatis aliorum. Cur id tandē? quo-  
 niam is qui praefectus est ad aliorum ignorantias  
 corrigendas, & ad instans diabolicum bellum de-  
 nunciandum, ignorantiam praetextere nō potest,  
 neq; dicere, non audiui tubam, nō prauidi bellū.

Ratio pro sin-  
 gulis episco-  
 po reddēda.

Excusatio  
 nulla episco-  
 pis est.

Ob id enim præsidet, uelut Iezechiel ait, quo & alijs tuba canat, & futura mala denunciet. & propterea ineuitabile est supplicium, etiamsi unus sit qui perierit. Si enim quum framea uenit, populo per tubam signum non dederit, neq; significauerit, inquit, ipse speculator, & aggressa framea animam corripuerit, ipsa quidem propter iniquitatem suam correpta est, sanguinem autem eius ex manu speculatoris requiram. Desine itaque nos ad ineuitabile adeò supplicium protrudere. Nō enim de imperio militari, neq; de regno res nobis agitur, sed de negotio quod angelicam uirtutem requirit. Etenim solaribus radijs puriorem sacerdoti animam esse oportet, ut ne unquam spiritus sanctus desolatum ipsum relinquat, quo dicere possit, uiuo autem non amplius ego, uerum uiuit in me Christus. Si enim hi qui in solitudine habitant, & à ciuitate, & foro, & tumultibus illinc orientibus liberati sunt, & semper portu ac tranquillitate fruuntur, uitæ illius securitati fidere nolunt, sed innumeras alias addunt custodias, undiquaq; se ipsos obsepientes, & cum multa diligentia omnia & dicere & facere studentes, quo cum fiducia & puritate sincera, quantum humanis uiribus coningere potest, Deum accedere possunt: quantum sacerdoti uiribus ac po-

Puritas an  
me in sacer  
dote.

Exemitarum  
uira.

tentia opus esse putas, ut animam suam ab omni inquinamento eripere possit, & spiritualem pulchritudinem illasam conseruare? Etenim multo maiore ipsi opus est puritate, quàm illis. Et cui maiore opus est, hic pluribus quàm illi necessitatis casibus subiacet, qui ipsum sordidum facere possunt, si non perpetua sobrietate, ac multa firmitate usus, animam imperuiam illis effecerit. Etenim formæ faciei decor, & motus fracti, & incessus studium, & uox fracta, & oculorū pigmenta, & genarum tincturæ, & cinnorum compositiones, & capillorū infectiones, & uestium sumptuositas, & auri uarietas, & gemmarū pulchritudo, & ungentorum fragrantia, & reliqua omnia quorū studio muliebre genus tenetur, talia sunt quæ ad tumultus animæ mouendos sufficiūt, si non multa tēperantiæ austeritate fuerit obdurata. At uero ab his turbari nihil miri est. Verum per ea quæ his contraria sunt, diabolus posse ferire, & hominum animas transfigere, hoc est id quod multo stupore ac desperatione refertū est. Iam enim quidam ex his retibus elapsi, alijs longè ab his distantibus capti sunt. Nam & faciei decor neglectus, & squallida coma, & sordidus amictus, & habitus incompositus, & mores simplices, & sermo simplex, & incessus non affectatus,

Mundanarū  
rerum irrita-  
menta.

Mundanarū  
rerum negli-  
gentiæ irrita-  
menta.

status, & uox non efficta, & uiuere in paupertate, & contemni, & neminem praefectum habere, & solitudo, primum quidem ad misericordiam commouerunt spectantem, ab illa uero ad extremam perniciem perduxerunt. Et multi ex prioribus laqueis elapsi, qui ex auro, & unguentis, & uestibus & reliquis quae dixi compositi erant, in his qui in tantum ab illis distant, facile inciderunt, ac perierunt. Quum igitur & per paupertatem, & per diuitias, & per ornatum, & per habitum neglectum, & per mores affectatos, & non affectatos, et in summa per omnia quae recensui, bellum spectantis animae exuscitetur, & machinamenta undiquaque ipsum circumdant, unde respirare poterit tot laqueis circumcirca positis? quales uero latebras reperire? non dico ad hoc ut ne per uim capiatur: hoc enim non ita difficile est: sed ut etiam animam suam a foedis cogitationibus imperturbatam custodiat. Atque hic omitto honores infinitorum malorum causas. Nam hi qui a mulieribus exhibentur, saepe temperantiae uigorem exoluunt ac prosternunt, ubi quis non semper ad eiusmodi insidias uigil esse nouit. Eos autem qui a uiris contingunt, nisi quis cum multa animi magnitudine assumpserit, duobus inter se contrariis affectibus capitur, adulatione seruili, & arrogantia

Honorum  
ritamenta.

gancia dementi, dum & his qui ipsum honorant  
 se submittere cogitur, & propter honores ab il-  
 lis delatos contra inferiores inflatur, & ad arro-  
 gantiae barathrum detruditur. Hæc dicta quidem  
 sunt à nobis: quantum autem afferant detrimen-  
 ti, non citra experientiam quispiam recte cogno-  
 scere poterit. Nō enim hæc solū, sed etia his longè  
 plura ac periculosiora accidere necesse est ei qui  
 inter homines uersatur. At uero qui solitudinē am-  
 plectitur, omnium quidem horū immunitatem ha-  
 bet. Si uero aliquādo etiā cogitatio absurda eius-  
 modi quiddam delineauerit, tamen debilis est ima-  
 ginatio, quæ cito extinguī possit, eo quòd nulla  
 extrinsecus adsit materia, quæ illā à speculatione  
 flām am alere possit. Et monachus quidem sibi ip-  
 si tantum timet. Si uero etiam aliorū curam ge-  
 rere coactus fuerit, tamen per pauci sunt hi nume-  
 ro. Si uero etiam plures fuerint, tamen pauciores  
 sunt his qui in Ecclesijs uiuunt, & longè leuior-  
 es curas exhibent profecto suis ipsorū causa, non  
 solum ob id quòd pauci sunt, sed quòd etiā omnes  
 à mūdānis reb. liberi sunt, ut qui neq; liberos, neq;  
 uxorem, neq; aliud quid eiusmodi curandū habēt.  
 Atque hoc ipsum est quod ipsos & ualde præ-  
 fecto obediētes esse, & commune domicilium  
 habere fecit, quo ipsorum errores & diligenter  
 intueri.

Sacerdotum  
 ac monacho-  
 rum uitæ col-  
 latio.

intueri, & corrigere possit. Non parum enim ad uirtutis incrementum, perpetua praeceptorum animaduersiono facit. At eorum qui Episcopo aut sacerdoti subditi sunt, maior pars temporalibus huius uitae curis mancipata est, & hoc segniores ipsos ad spiritualium culturam reddit. Unde necesse est doctori, ut quotidie seminet, ut ita dicam, quo uel ex assuetudine saltem, doctrinae ratio ab ipsis comprehendere ac teneri possit. Nam & diuitiae immodicae, & potentiae magnitudo, & segnities à delicijs proueniens, & multa praeterea alia, semina deiecta suffocant. Saepe uero & spinarum densitas, neque ad terrae superficiem id quod seminatur cadere permittit. Iam uero & afflictionis excessus, & paupertatis necessitas, & assidue molestiae, & alia eiusmodi prioribus contraria, diuinarum rerum studio abducunt. Peccatorum autem quae subditi committunt, ne minima quidem pars Episcopis manifesta fieri potest. Quomodo enim hoc fieri possit, quum plures ne de facie quidem norint? Et quae quidem ad populū spectant, tantam ipsi episcopo exhibent difficultatē. Si uero quis ea quae ad Deū spectant expenderit, haec penitus nihil esse comperiet, ita & maiore & exactiore studio illa opus habent. Nam eum  
qui

Auditores doctorum episcoporum uarij.

Peccata subditorum episcopo ignota.

Sacerdotis  
preces pro ui-  
uis ac mor-  
tuis.

qui pro tota ciuitate, quid dico ciuitate? pro toto orbe terrarum legationem agit, & Deum omnium peccatis propitium esse rogat, non uiuentium modo, sed & eorum qui ex hac uita decesserunt, qualem nam esse oportet? Ego equidem & Moysis & Heliae fiduciam, nondum ad tantam supplicationem sufficere puto. Etenim uelut qui uniuersum mundum sibi concreditum habeat, & qui ipse omnium pater sit, sic ad Deum accedit, rogans ut bella ubiq; terrarum extinguantur, ut turbationes soluantur, petens pacem, anni fertilitatem, et ut singuli ab incumbentibus malis, & priuatim & publice, celeriter liberentur. Oportet autem ipsum omnibus pro quibus rogat, in tantum in omnibus prestare, quantum par est prefectum subditos excellere. Quum autem & Spiritum sanctum inuocauerit, & horrendissimum illud sacrificium fecerit, & communem omnium Dominum attigerit, dic mihi quo ordine ipsum locabimus? quantam uero puritatem ab ipso exigemus? & quantam pietatem? Cogita enim mihi quales administrantes manus esse oportet, qualem linguam quae uerba illa profundit, quo uero non puriorem ac sanctiorem animam eam quae tantum spiritum suscepit. Tunc & angeli assistunt sacerdoti, & caelestium potestatum uniuersus ordo

Sacrificium  
sacerdotis.

clamat, & locus circa altare in honorem iacentis plenus est. atq; hoc ex his ipsis quæ tunc perficiuntur, credi abundè debet. Ego uero etiam quendam olim narrantem audiui, quòd senex quidam admirandus uir, & qui reuelationes uidere solitus esset, ipsi dixisset, uisione cuiusmodi se dignum factum esse, & circa illud tempus derepente multitudinem angelorum se uidisse, prout ipsius uires ferebant, splendidis uestibus amictorū, & altare circumdantium, & deorsum nutantiū, ueluti si quis milites præsentè rege stantes conspiceret. Et ego sanè credo. Sed & alius quidam mihi narrauit, non qui ab alio audiuiisset, sed qui ipse uidere dignus factus esset, quod eos qui ex hac uita decessuri sunt, si mysteriorum horum in pura conscientia participes facti fuerint, ubi iam animā exhalare parāt, angeli instar satellitum stantes ipsos, propter illud quod ab ipsis acceptū est, hinc abducunt. Tu uero nōdum horres ad adeò sacrum mysterium, huiusmodi animam intro ducere? & sordidis uestibus indutum ad sacerdotum dignitatem referre, quem etiam à reliquo cōuiuuarum coetu Christus expulit? Instar luminis eius quod uniuersum orbem terrarum illustrat, sacerdotis animam splendere oportet. At nostras tantas tenebras circumspitas ex praua conscientia

Visio cuiusdam  
leuis.

Mysterij mortu-  
tuos iam partici-  
pes fieri.



Sacerdotes  
sac. terræ.

tia habet, ut semper reuereatur Dominum suum cum fiducia intueri. Sacerdotes sac. terræ sunt. At nostram insipientiam, & in omnibus imperitiã, quis facile ferat, præterquàm uos qui nos excellenti amore amplectimini? Non enim solum purum, uelut tanto ministerio dignum factum, sed etiam prudentem ualde, & multarum rerum peritum esse oportet. Et nosse quidem omnia secularia negocia debet, non minus quàm qui in media turba uersantur. Verum ab omnibus semotus esse, magis quàm monachi qui montes occuparunt. Quãdo quidem enim cum uiris conuersari ipsum necesse est, qui & uxores habent, & liberos alunt, & seruos possident, & diuitias multas habent, & in magistratu sunt, & in potentatibus constituti: uarium ipsum esse oportet. Varium autem dico, non subdolum, non adulatorem, non simulatorem: sed multa libertate ac dicendi fiducia plenum, ita tamen ut & commodè condescendere norit, ubi rerum propositarum usus hoc exigat, ut simul & benignus sit, & austerus. Non enim uno modo omnes subditos tractare conuenit. Nam neq; medici una lege cum ægrotis agere solent. Neque gubernatorem unam saltem uiam nosse commodum est, pugnandi aduersus uentos. Nam & hanc nauem assidue tempestates circundant.

Prudentia &  
peritia in sa-  
cerdote.

Similia.

Nauicula sa-  
cerdotij.

tundant. Hi uero tempestates non extrinsecus solum impetunt, sed etiam intrinsecus nascuntur. Et opus est ut sacerdos & multum de iure suo remittat, & exacta quoque seueritate utatur. Omnes autem hae diuersitates ad unum finem spectant, Dei gloriam, uidelicet Ecclesiae aedificationem. Magnum est monachorum certamen, & ingens labor. Verum si quis sacerdotio quod probe administratur, conferat illorum sudores, tantam reperiet differentiam, quantum interest inter priuatum ac regem. Illic etenim etiamsi multus sit labor, tamen commune est animae ac corporis certamen, imò maior pars corporis structura perficitur. Et nisi hoc robustum fuerit, promptitudo per se manet, ad opus progredi non potens. Nam ieiunium intentum, & humi cubitio, & uigiliae, & illuies, & multus sudor, & reliqua quae ad corporis afflictionem exercent, omnia percunt, ubi is qui castigare se uult fortis non est. Hic uero purissimae mentis ars est, quae corporis bona habitudine nihil opus habet, quo uirtutem suam declaret. Quid enim nobis corporis robur confert ad hoc, ut neque pertinaces simus, neque iracundi, neque proterui, sed sobrij, temperati, honesti, alijs que  
 omni-

Finis sacerdotij, Ecclesiae aedificatio ad gloriam Dei.

Sacerdotum ac monachorum uirae collatio repetita.

omnibus uirtutibus ornati, per quas nobis beatus Paulus sacerdotis nunquam satis laudati imaginem absolute depictam proposuit? At non de eius qui solitariam uitam degit uirtute, quisquam hoc dicere poterit. Sed quemadmodum praestigatoribus, multis instrumentis opus est, & rotis ac funibus, & gladijs: philosophus autem omnem artem in anima sitam habet, externis rebus minime indigens: Ita sanè etiam hic, Monachus quidem & consortio opus habet, & locis ad uitam degendam idoneis, ut neq; ab hominum conuersatione ualde sint seiuncti, & ex solitudine quietem habeant, insuperq; & optima temporum anni temperatura non careant. Nihil enim adeò intolerabile est ei qui ieiunijs afflictus est, uelut aeris inaequalitas. Quantas autem molestias subire coguntur, tum uestium structura, tum uictus parandi gratia, quum omnia ipsi per se facere studeant, nihil opus est ut nunc dicam. At sacerdos nulla harum rerum ad suam necessitatem opus habet. Verum minimè curiosus, & in communi uiuens, in omnibus quæ detrimentum non afferunt, uniuersam scientiam in animæ thesauris repositam habet. Si uero quis uitam per se degere, & multorum conuersationes auersari admiratur, patientiæ quidem hoc indicium esse, neq;

Similia,

neq; ipse negauerim, non tamen animæ fortitudinis sufficiens signum. Qui enim intra portus ad gubernacula confidet, is nondum artis exactum experimentum de se præbet. Eum uero qui in medio pelago ac tempestate nauem conseruare potuit, nemo non gubernatorem optimum esse dixerit. Proinde neq; monachum ualde ac supra modum admirari conuenit, eo quòd per se uitam degens, non turbatur, neq; multa & magna peccata committit. Neq; enim habet quæ animam eius uellicent ac extimulent. At uero si quis, ubi se toti multitudini contribuit, & multorum peccata ferre coactus est, inconcussus ac firmus permanferit, in tempestate, uelut in tranquillitate animã gubernans, is meritò dignus est cui applaudatur, & quem omnes admirentur. fortitudinem enim suam abundè declarauit. Itaq; neq; ipse admiraberis, si nos qui forum & multorum consuetudinem auersamur, non habemus multos accusatores. Neq; enim si dormiens non peccaui, neque si non luctans non cecidi, neq; si non pugnans si non plagam accepi, admirari conuenit. Quis enim, dic mihi, quis proferre poterit ac reuelare meam improbitatem? Teetum ne hoc & domuncula ista? at in uocem erumpere non potest. An mater quæ maxime omniũ res meas nouit? At ne-

Simile.

Similia.

Chrysoſtomi  
habitatio cū  
matre.

que cum ipſa quicquam mihi commune eſt, neq;  
ad contentionem unquam deuenimus. Si uero eu-  
am hoc contigiſſet, nulla mater adeo amoris ex-  
ors, & filij odio percita eſt, ut eum quem partu-  
riſt, & peperit, et educāuit, nulla cauſa cogente,  
neq; aliquo uim faciente, uituperet, & apud om-  
nes calumnietur. Alioqui ſi quis animam noſtra  
exacte examinare uelit, quod ſanè multa in ipſa  
putida reperiet, neq; ipſe ignoras, qui maxime om-  
nium nos laudibus extollere apud omnes ſoli-  
tus es. Et quod non ex modèſtia hæc nunc dico,  
ipſe tibi ipſi in memoriam reuoca, quoties ad te  
dixerim, huiusmodi ſermone ſæpe inter nos obor-  
to: Si quis electionem mihi proponeret, utrum in  
Eccleſiæ præfectura, aut in monaſtica uita, clarus  
eſſe malim, quod innumeris calculis prius illud ui-  
te genus ego præferrem. Non enim unquam ceſ-  
ſaui beatos prædicare apud te, eos qui illi admini-  
ſtrationi recte præſe potuerunt. Quod autem  
id quod adeo laudauim non effugiſſem, ſi me ad e-  
ius tractationem ſufficientem cognouiſſem, nemo  
contradicet. Sed quid faciam? Nihil adeo inutile  
eſt ad Eccleſiæ præfecturam, uelut hæc noſtra ſe-  
gnicies, & exercitationis negligentia, quam alijs  
quidem, exercitationem quadam eſſe putant.  
Ego uero ipſam uelut propriæ tenuitatis uela-  
mentum

mentum habeo, ut qui pleraque uitia mea per hanc occultem, & apparere non sinam. Qui enim tanto ocio frui adsuevit, & in magna quiete uitam degere, etiamsi magno à natura ingenio praeditus fuerit, tamen praexercitationis negligentia percellitur ac turbatur. & propriae facultatis partem non modicam, exercitationis imperitia amputat. Quum autem simul & ingenio tardo fuerit, & huiusmodi certaminum imperitus, quod sanè de nobis fateri cogimur, à lapideis statuis nihil differet, ubi hanc administrationem suscepit. Quapropter ex his qui ex illa palestra adhuc certamina progrediuntur, pauci illustres euadunt. Plures autem suo iudicio se produnt, & animo deiecto sunt, & negotia iniucunda ac molesta sustinent. Et merito sanè. Quum enim non de iisdem rebus fuerint certamina & exercitia, tum is qui decertat, nihil ab inexercitatis differt. Gloriam porro maxime contemnere oportet eum qui ad hoc studium prodit, & ita superiorem esse, & multa prudentia plenum. At ei qui solitariam uitam amplectitur, nulla exercitationis causa proposita est. Neq; enim irritantes multos habet, quo iram castigare meditetur: neque laudantes & applaudentes, quo uulgi laudes respuere discat:

Ocii studium  
in Chryso-  
sto-  
mo.

Exercitatio-  
nis uis.

Monachus  
ad episcopa-  
tum ineptus.

Episcopatū  
quis idoneus

Et prudentiæ, quæ in Ecclesiarum administratio-  
ne requiritur, non magnus est ipsis monachis re-  
spectus. Quum igitur ad certamina prodierint,  
quorū nullum prius periculum fecerunt, conster-  
nantur, uertigine afficiuntur, ad cōsiliij inopiam  
ac desperationem delabuntur. Et ad hoc quòd  
nullum ad uirtutem incrementum ipsis accedit,  
plerique etiam ea quæ ubi huc progressi essent  
habebant, saepe amiserunt. Et Basilius: Quid igi-  
tur, inquit, eos qui in media hominum turba uer-  
santur, et res mundanas tractant, et qui ad pu-  
gnas ac conuicia detriti sunt, et innumera calli-  
ditate referti, et qui in delicijs educati sunt, Ec-  
clesiæ administrationi præficiemus? Bona uerba  
inquam, o bone, hos enim neq; in mentem uenire  
oportet, quum sacerdotū fit delectus: Sed si quis  
est qui una cum hoc quòd cum omnib. cōgreditur  
ac conuersatur, etiam puritatem, et tranquillitatem,  
et sanctimoniam, et patientiam, et sobrietatem,  
et alia quæ monachis adsunt bona, integra et inconcussa,  
magis quàm illi qui solitariam uitam degunt,  
custodire possit. Nam qui multa habet uitia,  
et ipsa per solitudinem occultare potest, et inefficacia  
facere, per hoc quòd ne-  
mini se adiungit, hic in medium progressus nihil  
aliud lucratur, quàm quòd ridiculus fit, et maius peri-

periculum incurrit. id quod ferè nobis accidisset, nisi diuina prouidentia ignem hunc statim à capite nostro summouisset. Non enim latère potest qui ita affectus est, ubi in aperto constitutus fuerit, uerum undiquaque proditur. Et quemadmodum materias metallicas probat ignis: sic & clari probatio hominum animas dijudicat. Et siue iracundus quis fuerit, siue pusillanimis, siue ambitiosus, siue arrogans, siue alio quocumq; affectu captus, omnia uitia statim reuelat ac denudat. Et non solum denudat, sed etiam grauiora ac fortiora ipsa efficit. Etenim corporis uulnera ex afflictu difficilia curatu fiunt: & animæ affectus dum uellicantur & exasperantur, magis efferrari solent: & eos qui his capti sunt, amplius peccare cogunt. Nã & ad gloriæ amorem attollunt, si quis non animaduertat: & ad arrogantiam, & ad pecuniarum cupiditatem. Detrahunt autem et ad delicias & ad remissionem ac segnicie, & paulatim etiã ad ulteriora, & ex his nascentia mala. Multa enim in medio uersantur, quæ animæ sinceritatem exoluere possint, & cursum ad Deum intercipere. Et primum omnium conuersationes cum mulieribus. Neq; enim licet Antistiti, & ei qui totius gregis curam gerit, uirorum quidem curam gerere, mulieres autem negligere, quæ uel

S imile,

Magistratus  
uiru ostendit.

S imile,

Conuersatio-  
nes cum mu-  
lieribus no-  
cuiæ.



maxime maiore prouidentia opus habent, propter lubricitatem ad peccandum. imò oportet et harum sanitatis gratia, si non maiorem, saltem parem curam gerere, eum cui Episcopatus administratio sorte obtigit. Nam & egrotantes uisitare, & lucentes consolari, & segnes increpare, & afflictis auxiliari neesse est. Dum autem hæc fiunt, multas irruptiones diabolus inuenire poterit, si non exacta custodia se ipsum quis muniuerit. Etenim oculus ferit & commouet animam, non ille impudicæ solum, sed etiam castæ mulieris. Et blanditiæ molliunt, & honores in seruitutem redigunt. Et charitas feruens, quæ sanè omnium bonorum causa est, infinitorū malorum causa fit his qui non recte ipsa utuntur. Iam uero curæ assidue mentis acumen hebetant, & uolucrum celeritatem plumbo grauiorem efficiunt. Sed & ira allapsa, instar fumi, intus omnia occupat. Quis uero reliqua incōmoda enumerare possit, contumelias, insultus, calumnias & reprehensiones, ab inferioribus, à prudentibus, ab imprudentibus? Nā hæc maxime hominū pars reſto iudicio priuata, & querula est, & non facile defensionem unquā admiſerit. At uero bonū Anciſtitem neq; hos contemnere oportet: uerum omnium quascunq; criminationes, cum multa māsuetudine

Charitatis periculum.

Curarū onus.

Mala episcopatus.

tudine ac lenitate diluere, ita ut ignoscat ipsis magis propter temerariam criminationem, quam ut indignetur & irascatur. Si enim beatus Paulus timuit ne furti suspectus apud discipulos fieret, et propterea etiam alios ad pecunias dispensandas assumpsit, Vt ne quis nos reprehendat, inquit, in hac exuberantia, quae à nobis administratur: Quo modo nos non omnia facere oportet, ut malas suspiciones tollamus, etiamsi falsae, etiamsi temerariae fuerint, etiamsi longè à nostra existimatione abfuerint? A nullo enim peccato in tantum nos absumus, quantum à furto Paulus. Attamen quanquam in tantum à praua hac actione abesset, neque sic vulgi suspicionem neglexit, quam uis temerariam ac insanam. Profecto enim insania erat, tale quid de beata & admiranda illa anima suspicari. Attamen nihilominus huius adeo temerariae suspicionis, et quam nemo nisi delirus suspicaretur, causas procul à se summouet. Quum enim dicere potuisset: Cui unquam in mentem uenit, talia de nobis suspicari, quum et ex signis, & ex uita mansuetudine, omnes nos colant et admirantur? in totum uice uersa, et ueritus est, et expectauit prauam hanc de se suspicionem, & radicitus ipsam euulsit, imò ne enasci quidem omnino permisit. Cur? Prouidemus enim, inquit, honesta coram Domino, et coram hominibus.

Suspiciones  
etiā fugiendae.

cc

cc

cc

cc

Tanto sanè studio, imò potius ampliore uti oportet, ut non solum malam famam emergentem impediamus ac opprimamus, sed & procul unde oriri possit prævideamus, & causas ex quibus nascitur tollamus, & non donec confletur, & per uulgi ora diuulgetur expectemus. Tunc enim neque amplius facile est ipsam dissipare, sed & ualde difficile, fortassis autem & impossibile: neque indenne, eo quòd post multos lesos hoc fiat. At enim quousq; tandem non desistam persequi ea que compræhendi nō possunt? Nam uniuersas episcopatus administrandi difficultates ac molestias enumerare, nihil aliud est q̄ pelagus metiri. Etenim ubi quis ab omni affectu purus fuerit, id quod fieri non potest, tamen innumera mala sustinere cogitur, quo aliorum delicta corrigat. Vbi uero etiam proprii morbi accesserunt, ibi contemplare tu mihi abyssum illam laborum ac curarum, & que perpeti necesse sit eū qui & propria & aliena mala superare uelit. Et Basiliius, Nūc uero, inquit, nullus tibi ex his laboribus impendet, neq; curis grauaris, quum per teipsum solitariam uitam degas? Grauior quidem inquam, & nunc. Quomodo enim fieri possit, ut qui homo sit, & in erumnosa hac uita degat, à curis ac sollicitudinibus liber sit? Verum non est æquale, in im-

Difficultates  
episcopatus  
administrandi.

Vitæ huius  
curæ.

in immensum pelagus incidere, & fluuiū nauigio transire. Tantum enim inter has & illas curas interest. Nunc equidem si posim & alijs utilis esse, uellem sanè hoc & ipse: et hoc præstare posse, multis uotis expeto. Si uero non datur ut alijs profim, me ipsum saltem si seruare contigerit, & è fluctibus cripere, hoc ipso contentus ero. Dein de uero hoc magnum esse existimas, inquit Basiliius, & omnino te saluum fore putas, quum alij nemini utilis fueris? Bene & recte inquam dixisti. Neq; enim ipse hoc credo, quòd saluus fieri possit is, qui nihil ad proximi salutem elaborauit. Neq; enim misero illi quicquā profuit, quòd talentum non imminuisset, sed perdidit, quòd non auxisset, & duplicatum obtulisset. Verumtamen mitiorem mihi poenam fore arbitror, si accuser eo nomine, quòd non & alios seruauit, quàm si accuser, quòd & me ipsum insuper perdidissem. ut qui post susceptam tantam dignitatem multò deterior factus essem. Nunc equidem tantum supplicium mihi fore credo, quantum exigit peccatorum magnitudo. Si uero principatum suscepissem, non solum duplam & triplam, sed & multiplicem poenam me dare oportuisset. eo quòd & plures lesissem, & maiorem adeptus honorem, Deū qui me honorasset offendissem. Et ob hoc sanè et

Simile.

Aliorum utilitas ac salus querenda.

Honoratorū  
a Deo delicta  
grauius pu-  
niri.

Israelitas uehementius accusans Deus, eo nomi-  
ne ipsos maiore supplicio dignos ostendit, quòd  
post collatos in ipsos honores peccauerunt, ali-  
quando sic dicens: Veruntamen uos elegi ex om-  
nibus tribubus terræ, propterea ulciscar uos ob  
impietates uestras. aliquando sic: Accepi ex filiis  
uestris in prophetas, & ex adolescentibus. uestris  
in sanctificationem. Sed & ante prophetarum  
tempora, quum uellet ostendere Deus, quòd pec-  
cata sacerdotum maius supplicium expectant,

Sacerdotum  
peccata gra-  
uiora.

quàm idiotarum, præcipit tantum sacrificium of-  
ferri pro sacerdotibus, quantū pro uniuerso po-  
pulo. Per hoc autem nihil aliud significat, quàm  
quòd sacerdotis uulnera amplio rem medelam re-  
quirunt, & tantam quantam uulnera totius si-  
mul populi. Maiorem uero medelam non postula-  
rent, si nō grauiora essent. Grauiora autē sunt nō  
natura, sed dignitate sacerdotis, perpetrantis ip-  
sa aggrauata. Et quid dico de uiris qui rerum sa-  
crarum administrationem tractant? Filie etiam

Filiarum sa-  
cerdotum poe-  
næ grauiores,

sacerdotū, quib. nihil cū sacerdotio cōmune est,  
propter paternā dignitatem, lōgè amarulentius  
suppliciiū subcūt, iisdē peccatis cōmissis. Et pecca-  
tum quidē æquale est, et quòd ipsæ, & quòd pri-  
uatorū filie cōmittunt: scortatio enim utrūq; est.  
At poena illarū multo grauior est. Vides q̄ abūdē  
osten-

ostendat Deus, sese lōge maiorē pœnā exigere à principibus, q̄ à subditis? Neq; enim qui filiā illius, propter illū, amplius q̄ alias punit, ei qui illi grauioris pœnæ autor est, æqualem multitudinē pœnā irrogabit, sed multo maiorem. Et meritò sanè. Non enim ad ipsum solū deuenit detrimentū, sed etiam debiliorū & ad ipsum respicientiū animas deijcit. Atq; hoc est quod Iezechiel docere uult, dū arietes & oues inter se disparat. Nūquid igitur iusto timore ab illo principatu abhorruisse tibi uidemur? Nā præter relata, nūc quidē etiā multo mihi labore opus est, ut ne penitus ab animi affectib. opprimar, attamē tolero laborē, et nō fugio certamen. Etenim ab inani quidē gloria capior etiā nunc: sæpe uero ab hoc morbo conualesco, & quòd captus sum intelligo, quandoq; etiam in seruitutem adactam animā obiurgo. Cupiditates absurde etiā nunc mihi accidunt quidem, sed mitiorem flammam incendunt, quum oculi non habeant extrinsecus ignis materiam, quam apprehendant. At ab eo, ut alicui detracta, & alterius famæ detrahi audiā, penitus liber sum, quū nō adsint mihi cum quibus colloquar. Neque enim hi parietes uocem emittere poterunt. At uero iram non similiter euitare possum, etiamsi non sint qui me exasperent.

Sæpe

Privatæ uitæ  
labores ac certamina.

Sæpe enim uirorum absurdorum, & eorum quæ ab ipsis fiunt, memoria allapsa, cor mihi in tumorem excitauit, ueruntamen non ad extremum usque. Statim enim ipsum tumore inflammatum deprimimus, & quiescere persuademus, ubi hoc ad ipsum diximus, quod ualde sit inconcinnum, & extremæ miseriæ, ut quis suis malis omissis, aliorum curiosè perscrutetur. At si in hominum multitudine uersarer, & innumeris perturbationibus occupatus essem, hac admonitione frui non possem, neq; rationes excogitare quibus me aduersus ista instruerem. Verum quemadmodum hi qui à fluctu quodam, aut aliàs in præcipitia detruduntur, interitum quidem ad quem tandè peruenient, præuidere possunt, auxilium uero aliud quod excogitare nequeunt: Sic & ipse in multarum affectionum tumultum collapsus, supplicium quidem quotidie mihi augetur intueri possem, uerum ut mihi ipsi constem, uelut nunc, & morbos hos undiq; rabientes obiurgem, nõ amplius similiter mihi facile esset ueluti prius. Est enim anima mihi debilis & parua, & quæ facile non his solum affectibus, sed etiam inuidia omnibus amarior capiat: & quæ neq; contumelias, neq; honores moderatè ferre nouit. Sed & hi supra modum ipsam attollunt, et ille immodice deprimunt.

Quem

Simile.

Affectus in  
Chrysofomo  
uarij.

Quemadmodum igitur immanes ferae, ubi cor- Simile.  
 pulentæ sunt, & in uigore constitutæ, eos qui  
 aduersus ipsos pugnant superant, & maxime u-  
 bi hi debiles fuerint & imperiti. Si uero quis ip-  
 sas fame macerarit, is & animi impetum in ipsis  
 sopit, & magnam uirium partem extinguit, ut  
 etiam is qui non ualde generoso animo præditus  
 sit, certamen ac bellum aduersus ipsas suscipere  
 possit. Sic & qui animi affectus debiles facit, is  
 rectæ ratiocinationi ipsos facile subijcit. Qui ue-  
 ro ipsos diligenter nutrit, is difficiliorem sibi ad-  
 uersus ipsos pugnam efficit, eosq; adeò horren-  
 dos sibi ipsi reddit, ut in seruitute ac timore om-  
 nem uitam transigat. Quod igitur est harum fe-  
 rarum alimentum? Vanæ gloriæ quidem, hono- Affectuum ali-  
 res ac laudes: arrogantiae uero, potestatis ac po- menta quæ  
 tentatus magnitudo: inuidiæ, aliorum claritudo: sunt.  
 auaritiæ, donantium liberalitas: intemperantiæ,  
 deliciæ, & assidui cum mulieribus congressus:  
 atq; sic aliud peccatum, aliud habet alimentum.  
 At uero omnes hæc ferae, in medium progressum  
 me uehementer adorirentur, & animam mihi di-  
 laniarent, & horrendæ essent, & bellum mihi in-  
 super difficilius facerent. Quàm diu uero hic cõ-  
 sedero, cum lucta quidem etiam sic, sed tamen  
 subijcientur, per Dei gratiam, & præter latratiõ-  
 nihil



nihil amplius ipsis coninget. Quapropter domunculam hanc custodio, & quòd domi delitescens, & ab hominũ consuetudine ac familiaritate alienus appellor, & innumeras alias huiusmodi reprehensiones audire sustineo, libenter quidem ipsas à me summoturus: quum autem hoc facere non possim, incereò ac dolco. Neque enim mihi factu proclive est, ut simul et hominũ consuetudine utar, & in presenti securitate maneam. Proinde & te ipsum rogo, ut eius qui tanta difficultate oppressus est misereri magis uelis, quam ipsum calumniari. At nondum tibi persuasimus. Itaq; tempus est, ut id quod solum arcanum habebam, etiam ad te eijciam. Et fortassis neq; fidẽ hoc reperiet apud plerosq;. Ego tamen neq; sic ipsum in medium proferre uerebor. Nam etsi male conscientia, & innumerorum peccatorũ iudicium sit id quod à me proferetur, tamen quum Deus qui nos iudicaturus est, omnia exacte sciat, quid tandem amplius ex eo quod id homines ignorat, nobis cõtingere poterit? Quod igitur est illud arcanum? Ab illa die in qua hanc suspitione mihi iniecasti, sepe corporis mei penitus exolue di periculum subij. tantus timor, tantaq; tristitia animam meam occupauit. Quum enim mecum considerarem sponse Christi gloriam, sanctimo-

Timor & tristitia Chryso-  
stomi de sancta  
Episcopatus  
ad se deferen-  
di,

sanctimoniam, pulchritudinem spiritualem, prudentiam, ornatum: & mea uitia expenderem, nõ cessabam & illam lugere, & ob uicem meam assidue suspirare, & animi dubius ad meipsum dicebam. Quis nam hæc consuluit? Quod adeo magnum peccatum Ecclesia Dei in se admisit? Quæ adeo magna res Dominum ipsius exasperauit: ut mihi omnium uilissimo tradatur, & tantam ignominiam patiat. Hæc quum sæpe mecum reputarem, & rei ualde absurde neque cogitationem ferre possem, quemadmodum semisiderati præ stupore hians iacebam, neq; uidere neque audire quicquam potens. Quum uero etiam tanta consternatio me dimisisset, aliquãdo enim et leuiter discedebat: succedebant lachrymæ & tristitia, et post lachrymarũ satietatem, pro ipsis rursus se ingerebat timor, turbas & tumultuans, et mentem mihi cõcuties. In tãta fluctuatione ego præterito tempore uixi. Tu uero ignorabas, & in tranquillitate me uitã degere putabas. At nũc tibi animæ meæ tempestatẽ reuelare conabor. Fortassis enim ex hoc, omisissis criminationib. ueniã mihi dabis. Quomodo igitur illã tibi reuelauero? Nã si clarẽ ipsam uidere uelis, alio modo id fieri non queat, quã si cor meũ tibi denudarem. Quandoquidẽ aut hoc fieri non potest, per obscuram quandam imaginem,

Simile.

Imago tristi-  
ciz, aut por-  
tus Episcopi  
& Ecclesie,

imaginem, prout potuero, fumum saltem interea  
tristitici mei tibi ostendere conabor: Tu uero ex  
imagine, tristitiam meam solam collige & expē-  
de. Ponamus alicui esse sponsam, Regis uniuersę  
sub sole positę terrę filiam: esseq; hanc puellam  
pulchritudine incomparabili, quę & humanam  
naturam excedat, & ideo foeminarum genus u-  
uersarum multo interuallo in medio relicto supe-  
ret: habere itidem hanc & animę uirtutem tan-  
tam, ut & uirorum genus, tum eorum qui antea  
fuerunt, tum qui olim futuri sunt, multo interie-  
cto spacio post se reliquat, & ut omnes quidem  
philosophię terminos transgrediatur morum ue-  
nustate, omnem autem corporis pulchritudinem  
obscurat proprij aspectus decore. Demus deinde  
sponsam huius, non ob hæc solum uirginis amore  
ardere, sed etiam citra hæc, affectu quodam pe-  
culiari erga ipsam præditū esse, ut eo affectu o-  
mnes, qui unquam fuerunt, insanissimos amato-  
res superet. Postea ipsum hoc amoris philtro ar-  
dentem alicunde hoc audisse ponamus, quod ad-  
mirandam illam à se amatam, uilis quispian &  
abiectus ac ignobilis, et corpore mutilus, in uxo-  
rem sit ducturus. Nunquid igitur paruam tibi do-  
loris nostri partem explicauimus? et num satis est  
hactenus imaginem perduxisse? Tristiticię quidem

gratia satis esse arbitror: huius enim solius delineandae causa ipsam suscepimus. Quo uero etiam timoris ac consternationis mensuram tibi commōstrem, ad aliam rursus delineationem progrediamur. Sit exercitus ex peditibus & equitibus, & uiris nauali praelio destinatis collectus, & mare quidem integat triremium multitudo, camporum uero planicies, & montium uertices obueient peditum ac equitum phalanges. Et aduersus solem resplendeat aes armorum, & radijs qui illinc emittuntur galearum ac scutorū splendor excitetur. Hastarum autem fragor, & equorū hinnitus in caelum ipsum feratur. Et neq; mare appareat, neq; terra, sed ubique aes, ubiq; ferrum. Sit deinde alia acies aduersus hanc instructa, sintq; in ea hostes, efferati quidam ac truculenti uiri. Instet autem iam & praelij committendi tempus. Postea raptum quis derepente adolescentem in agro educatum, & qui praeter fistulam & pedum pastorale nihil amplius norit, armis aereis induat, & per uniuersum exercitum circumducatur, & turmas ac turmarum ductores ostendat, sagittarios item, funda utentes, ordinū principes, imperatores, armigeros, equites, iaculatores, triremes, triremium ductores, milites in illis nauitos, machinarum nauticarum multitudinem.

Timoris ac  
consternatio-  
nis imago,

Acierum dua  
rum bellicarū  
descriptio.

dinem. Ostendat autem & hostium aciem uniuersam, & aspectus quosdam horrendos, & armorum apparatus diuersum, & multitudinem immensam, & conualles, & præcipitia profunda, & montium asperitates. Ostendat amplius apud hostes, & equos uolantes per præstigijs quasdam, & armigeros qui per aerem in ipsis feruntur, & totius incantationis uim ac speciem. Enumeret etiam belli calamitates, iaculorum nubem, sagittarum instar niuis grumorum ingruentium impetum, multam illam caliginem, & lucis ademptionem, obscurissimamque noctem, quæ spiculorum multitudo efficit, densitate sua solis radios auertens: puluerem qui nõ minus quam tenebræ, oculis uisum intercipit: sanguinis torrentes, cadentium eiulatus, stantium uociferationes, iacentium aceruos, rotas sanguine tinctas, equos qui unã cum sessoribus, præ iacentium mortuorum copia, præcipites feruntur: terram quæ uniuersa permixtam habet, sanguinem, tela, spicula, arcus, equorum ungulas, hominum capita simul cum illis iacentia, brachia, collum, tibias, pectus perforatum, cerebella ensibus in hærentia, cuspidem iaculi confractam, & oculum transfixum in se habentem. Recenseat & naualis prælij mala, tritremes partim in medijs aquis ardentes, partim u-

nà cum ipsis armatis submersas, fluctuum sonitū,  
 nautarum tumultum, militum clamorem, undarū  
 & sanguinis permixtorum spumam, quæ simul  
 in omnes naues seipsam ingessit, mortuos in tabu-  
 latis nauium iacentes, aliorum cadauera submer-  
 sa, aliorum adhuc fluitantia, aliorum ad littora e-  
 iecta, eos qui intra undas fluctibus uehuntur, &  
 nauibus uiam intercipiunt. Et ubi omnes belli  
 tragedias exactè edocuit, addat & captiuita-  
 tis mala, & omni morte grauiorem seruitutem.  
 Et post hæc omnia iubeat ipsum statim equū con-  
 scendere, & totius illius exercitus ducem esse. U-  
 taque putas ne uel ad solam narrationem, adole-  
 scentem illum durare posse, & non statim à pri-  
 mo conspectu animam emissurum esse? Et ne pu-  
 tes me rem oratione attollere, neq; ex eo quòd in  
 corpore hoc, uelut carcere quodam cōclusi, de in-  
 uisibilibus nihil uidere possumus, magna esse ducas  
 ea quæ à me relata sunt. Pugna enim hac longè  
 maiorem ac magis horrendam uidisses, si caligi-  
 nosissimam diaboli aciem, & insanum confluctū,  
 his oculis unquam uidere potuisses. Non enim æs  
 ibi est, et ferrum, neq; equi et currus et rotæ, neq;  
 ignis, & tela hæc oculis exposita, sed machine  
 aliæ longè his magis horrendæ. Non enim his ho-  
 stibus opus est thorace, non scuto, non ensibus

Præliū aduer-  
sus diabolū.

& hastis, sed solus aspectus execrandi illius ex-  
 ercitus, ad animam exoluendam sufficit, si non  
 ualde fuerit generosa, & pro proprijs suis uiri-  
 bus multum diuinæ providentiæ fructū percepe-  
 rit. Et si sanè fieri posset, ut exuto corpore hoc,  
 aut etiam cum ipso corpore, uniuersam illius aci-  
 em, & bellum aduersus nos instructum, pure ac  
 intrepide ad oculum intuereris, uideres sanè nō  
 sanguinis torrentes, neq; corpora mortua, sed a-  
 nimarum tantas ruinas, & uulnera adeò grauidā  
 ut omnem illam belli delineationem, quam recens  
 tibi recensui, puerorum quorundam ludos esse pu-  
 taueris, & lusum magis quàm bellum. Tot sunt  
 qui singulis diebus feriuntur. At uulnera non a-  
 qualem mortificationem utrinque inducunt. Ve-  
 rum quantum inter animam & corpus interest,  
 tantum est inter hanc & illam mortem discrimē.  
 Quum enim plagam acceperit anima, ac cecide-  
 rit, iacet quidem hinc iam præua conscientia ta-  
 bescens. Post discessum uero ex hac uita, iux-  
 ta iudicij tempus, æterno traditur supplicio. Si ue-  
 ro quis sensus exors fuerit ad diaboli plagas, hinc  
 præ sensus stupiditate grauius fit malum. Qui e-  
 nim ex priore plaga, ictus morsum non percipit,  
 is facile etiam alteram suscipit, & rursus alterā  
 post illam. Non enim cessat scelestus ille usque ad  
 extre-

Animæ pla-  
 gæ grauitas.

Animas iudi-  
 cij tēpore sup-  
 plicio tradi.

extremam respirationem nos ferire, ubi repererit  
 animam supinam, ac priores plagas contemnen-  
 tem. Quod si etiam consuetus modum expendere  
 uelis, multo hunc uehementiorem ac magis uir-  
 rium comperies. Neque enim fraudis ac doli tot  
 species quisquam nouit, quot ille scelestus in usu  
 habet. Et propterea sane maiorem potestatem  
 adeptus est. Neque inimicitiam quis adeo implaca-  
 bile habere potest, aduersus infestissimos ipsi ho-  
 stes, ut comparari ei debeat ea hostilitas, quam  
 diabolus contra humanam naturam exercet. Sed  
 & crudelitatem cum qua ille pagnat, si quis ex-  
 penderit, homines quidem hic conferre, ridiculum  
 fuerit. Si uero quis immanissimas ac truculentis-  
 simas feras delectas, cum illius insania compara-  
 re uelit, mansuetissimas & maxime cicures ex  
 ea comparatione comperiet: tantum furorem spi-  
 rat ille, dum animas nostras impetit. Quin & pu-  
 gnare tempus hic quidem breue est, & in hac bre-  
 uitate multae quoque dantur induciae. Nam &  
 nox illapsa, & iugulandi languor, & alimenti  
 sumendi tempus, & multa alia, militi quietem  
 impetrare solent, quo & armaturam exuere, &  
 paululum quiescere, ac cibo & potu se reficere  
 possit, & per multa alia priores uires reparare.  
 At in praelio aduersus diabolum, non arma depo-

Cruelitas  
 diaboli incom-  
 parabilis.



Statio armata  
perpetua ad-  
uersus diabo-  
lum.

nere unquam licet, non somno se tradere, si quis  
semper insauciatus manere uelit. Ex duob. enim  
alterum necessarium est, ut aut cadat & pereat  
armis denudatus, aut semper armatus stet ac uigi-  
let. Nam & ille semper stat cum sua acie, nostrā  
segniciem obseruans, & multo maiorem operā  
afferens ut nos perdat, quā nos ad nostram ip-  
sorum salutem tuendam impendimus. Insuper ue-  
ro & quod à nobis non uidetur, & derepente in-  
nos irruit (quæ duæ res maxime infinitorum ma-  
lorum causæ sunt his qui non semper uigilantes  
excubant) multum ad hoc facit, ut bellum illius lo-  
ge sit grauius. Hic igitur militibus Christi nos du-  
ces præficere uolebas? At hoc diaboli ducem esse  
fuisse. Quom enim is qui alios instruere ac gu-  
bernare debet, omnium fuerit infirmisimus ac im-  
peritisimus: tum proditis præ imperitia his qui  
ipsi concrediti sunt, diaboli magis quā Christi  
dux fuit. At cur suspiras? cur lachrymaris? Non  
enim lachrymis & lamentationibus dignæ nunc  
sunt res nostræ, sed letitia ac gaudio. At non ce-  
tiam meæ res, inquit Basilus, sed infinitis he-  
dignæ sunt planctibus. Nunc enim uix intellige-  
re potui, ad quæ mala me perduxisti. Ego enim  
ingressus sum huc ad te, illud discere cupiens,  
quid nam

quid nam respondendum sit à me his qui te accusant, tui defendendi causa. Tu uero dimittis me alia pro alia cura oneratum. Non enim amplius mihi curae est quid illis pro te, sed quid Deo pro meipso & malis meis respondeam. At uero te rogo ac obtestor, si quid tibi rerum nostrarum curae est, si qua consolatio in Christo, si quod solati-um dilectionis, si qua uiscera ac miserationes: nosti enim quod me maxime omnium ipse ad hoc periculum perduxisti, porrige manum: ita, ut & dicas, & facias ea quae me erigere possunt. Neque uero admittas, ut uel ad breuissimum tempus nos destituas. Verum nunc magis quam prius, commune nobiscum contuberinum ac conuersationem habeas. Ego uero leui risu excipiens eius uerba: Quid, inquam, conferre, & quid opis tibi afferre possim, ad tantam rerum ac negotiorum molem? Verum quandoquidem hoc ita tibi gratum est, bono animo sis charum caput. Quo enim tempore facultas dabitur tibi ab illis curis respirandi, & adero, & cōsolabor, & nihil eorum quae in uiribus meis sita sunt, o-mittam. Post haec pluribus ille lachrymis effusis exurgit. Ego uero ipsum amplexus, & caput ex-osculatus deducebam, adhortans, ut id quod

Chrysofomi  
excusatio, Ba-  
siliij dānatio.

Consolatio  
Basiliij.

accidisset, generoso animo ferat. Credo enim in-  
quam, Christo, qui te uocauit, & proprijs ou-  
ibus suis praefecit, quod tantam ex hac admini-  
stratione fiduciam acquires, ut & nos circa il-  
lam diem periclitantes, in aeternum  
tuum taberculum susce-  
pturus sis.

F I N I S.

I N D E X.

Accusationum extinctio	rum domum esse de-	
124	bere	82
Accusatores episcopo-	Apostoli dictum inuer-	
rum	sum	70
89	Arij rabies	109
Acierum bellicarū de-	Arma sacerdotum.	68
scriptio	162	
Aegrorum curatio.	82	Basilii monachus fa-
Actas in episcopo non	ctus	6
72	Basilii Episcopus con-	
spectanda	stitutus	12
Affectuū alimēta.	137	Basilij charitatis fi-
Amicitie uerae occasio-	ctum & dictum.	39
nes	5	Basilij prudentia.
Amicorū officia uera.	18	40
Angelorū dignitas.	45	Bella Episcopis immi-
Animae fortitudinem in	nentia	106
episcopo requiri.	64	Calumniarum fuga.
Animae plae grauitas	Capitis similitudo.	59
164	Charitatis periculū	150
Animam generosam in	Charitatis praeslatia.	38
episcopo requiri.	Christi dilectio erga	
37	Ecclesiam	26
Animas iudicij tēpore	Christi gregis hostes.	28
supplicio tradi.	164	Chrysostomi habitatio
164	cum matre	146
Animus ab affectibus li-	Chrysostomus mūdāna	
ber	rum rerū studiosus.	7
133		
Anistitem doctum ad		
gubernandam uidua		

I N D E X.

Concionandi labor.	121	cupatum	71
Concionator Deo placere studeat	130	Ecclesia Euripus	73
Concionatorum furta reprehendi	122	Ecclesia turbata quali episcopo opus habeat	77
Contumaciae & ambitionis excusatio.	41	Ecclesiae corporis Iesu ornatus dignus.	104
Contumeliae in eligentes Episcopum excusatio	41	Electio improborum ad episcopatus	73
Conuersationes cum mulierib. nociuae.	149	Electorum uolentia praetextus uanus	102
Corporis Iesu dispensatio Episcopis condita	103	Eligentes posse falli, electos non item.	108
Curarum onus	150	Eligentibus Episcopum quid sit spectandum.	71
Cupiditatis Episcopatus malum	62	Eloquentiae studium ac precium	132
Dei boni benignitas.	75	Eloquentiam exercitatione constare.	126
Deum ab impijs peccatorum suorum causam dici	94	Episcopatus debilibus fugiendus	98
Depositionis metus.	61	Episcopatus fortibus pro dignitate administrandus	98
Dicendi facultas.	123	Episcopatus administrationis difficultates.	152
Discordiae in electione Ecclesiasticorum prim		Episco	

I N D E X.

Episcopatus cupiditas	re	86
damnata	60	Episcopi ac sacerdotes
Episcopatus fugæ cau-		inepti nolentes ele-
sa. 62. &	63	cti inexcusabiles. 94
Episcopatus fugæ excu-		Episcopi Chrysostomi
satio	34	tēpore quales. 112
Episcopatus mala	150	Episcoporū doctorum
Episcopatus idoneus		auditores uarij. 139
quis	148	Episcoporum dominiū
Episcopatum appetere		quale sit
honestum opus cu-		Episcoporū habitus. 14
pere esse	60	Episcopis nulla excu-
Episcopus doctrinæ		satio. 134
uerbi ignarus quæ		Episcopis rationē pro
mala inducat	120	subditis reddendā. 91
Episcopi & Ecclesiæ i-		Episcopos bonos dei-
mago	160	ci
Episcopo pro singulis		75
reddenda ratio. 134		Episcopos segnicie suā
Episcopum eligentium		Pauli dictis uelare. 118
periculum	99	Eremitarum uita
Episcopum ineptū no-		135
lentem electum esse		Excommunicādi onus
excusabilem	92	90
Episcopum per alium		Excusatio nulla non re
posse uirgines cura-		cte administrantibus
		episcopatum
		99
		Exercitationis uis. 147

I N D E X.

<i>Filiæ custodia</i>	84	<i>Iracundiæ malum</i>	65
<i>Filiarum sacerdotũ poe</i>		<i>Iudiciorum onerosa ne-</i>	
<i>næ grauiores.</i>	154	<i>gocia</i>	87
<i>Fraus domi</i>	21	<i>Iudiciorum peruersitas</i>	
<i>Fraus in bello</i>	20	127. <i>inæqualitas</i>	
<i>in pace</i>	21	129	
<i>Fraus laudata Deo.</i>	24	<i>Laudis contemptus.</i>	122
<i>Fraudem opportunam</i>		<i>Laudis contemptus ne-</i>	
<i>bonam esse</i>	19	<i>cessitas</i>	130
<i>Fraudes medicorum.</i>	21	<i>Laudis cupiditas noxia</i>	
<i>Fraudes Pauli</i>	23	126	(108)
<i>Gestus etiam in Episco-</i>		<i>Legis Mosaicæ ratio</i>	
<i>pis obseruari.</i>	89	<i>Magistratus uirum o-</i>	
<i>Gloriæ excusatio.</i>	45	<i>stendit</i>	149
<i>Hereses diaboli</i>	108	<i>Matrem Chrysostomũ</i>	
<i>Helicæ sacrificium</i>	48	<i>à monastica uita auer-</i>	
<i>Historia fraudis medici</i>		<i>tisse</i>	7
22		<i>Miraculorum præstan-</i>	
<i>Homines offendere q̃</i>		<i>tia</i>	105
<i>Deum, præstare.</i>	40	<i>Monachus ad episcopa-</i>	
<i>Honorũ irritamẽta.</i>	137	<i>tum ineptus</i>	148
<i>Hospitum exceptio.</i>	82	<i>Mosis excellentia.</i>	96
<i>Inuidiæ contẽptus.</i>	124	<i>Mulieres à sacerdotio</i>	
<i>Inuidiæ flamma Episco-</i>		<i>prohibitæ</i>	27. &
<i>pos exuri</i>	68	57	
<i>Iræ Dei causa</i>	74	<i>Mundanarum rerum ir-</i>	
		<i>rita-</i>	

I N D E X.

ritamenta. 136. earum	Pauli excellentia.	112
dem negligentiae ir-	Pauli in doctrina uerbi	
ritamenta ead.	excellentia	115
Mysterij morituros iam	Pauli uotum inestima-	
fieri participes. 141	bile	54. 113
Ocij studium in Chryso	Paulum cum timore &	
stomo 147	tremore sacerdotiũ	
Odiũ ob recta facta	tractasse	54.
128	Pauli Samosateni here-	
Opera uera quæ. 64	sis	209
Oratorum graecorum	Paupertas inuita queru-	
uirtutes 127	la & ingrata. 79	
Pascere signum dilectio-	Paupertatis potentia	
nis in Christũ. 25	80	
Pastoris altitudo 27	Peccata subditorum e-	
Pastorũ gregis Christi	piscopo ignota. 139	
& pecorum colla-	Petri Apostoli excellen-	
tio 29	tia	27
Pasturæ lucrum esse po-	Petri successores. 26	
puli 33	Pœnæ peccantib. irro-	
Patientiæ bonum 79	gandæ modus. 32	
Paulus idiotam se esse	Potestas Ecclesiastica	
cõfessus. 111. cur. 114	quanta. 30. & 50	
Paulus non idiota 118	Principes subditi exem-	
Pauli epistolarum uir-	plar habere 66	
tus 116	Prudentia & peritia in	
	sa	



I N D E X.

Sacerdote	142	Sacerdotes patres	51
Prudentiam in Episco-		et parentibus potio	
po requiri.	72	res	52
Prudentiam non aesti-		Sacerdotes sal terræ	
mari ex ætate	44	142	
Puritas animæ in sacer-		Sacerdotum ac mona-	
dote	135	chorū uitæ collatio.	
Quæstionū familiarū		138.143	
onus	110	Sacerdotum detracto-	
Rex ineptus nolens ele-		res	69
ctus inexcusabilis		Sacerdotum habitus in	
93		ueteri Testamento.	
Sabellij insania.	109	47. corundem pote	
Sacerdotium non esse		stas	51
malorum causam.	38	Sacerdotum peccata	
Sacerdotij difficultas.	55	grauiora	154
finis. 143. præstātia		Sacrificium sacerdotis	
47	49	140	
Sacerdotij nauicula		Sacrificij Christiani ri-	
142		tus	48
Sacerdotio designandi		Serui fidelis ac prudē-	
examinatio	36	tis præfectura	26
Sacerdotio indignos		Superbiæ excusatio.	44
præfici	38	Suspiciones etiam fugi-	
Sacerdotis preces pro-		ende	151
uiuis ac mortuis.	140	Tristitiæ imago	160
		V4-	

I N D E X.

Valentini & Marcio- nis uesania	108	Viduitatis caminus fer reus	8
Verbi doctrina medela corporis Iesu	105	Virginis certamina.	84
Verbi doctrinae cog- nitionem in omnibus requiri	113	Virgini Deo sacrae cu- stodia	85
Verbi doctrinae igna- rus Episcopus quae mala inducat.	120	Virgines uelatae in pu- blicum progressae	85
Verbi doctrinae in Pau- lo excellentia.	115	Virginum cura	83
Verbi doctrinae necessi- tas	105.111	Visio cuiusdam senis	41
Verecundiam immodi- cè inductam ad im- pudentiam delabi.	32	Visitationis egrorum ac sanorū onus.	88
Viduarum cura	78	Vita recta quantū pro sit	119
		Vitae huius curae	152
		Vitae priuatae labores ac certamina	155

F I N I S.

BASILEAE EX OFFICINA

Ioannis Oporini, Anno Salutis

MDXLIII. Men-

se Aprili.

1464611

1793

The following is a list of the  
 names of the persons who  
 were present at the  
 meeting of the  
 Board of Directors  
 of the  
 Company  
 on the  
 17th  
 day of  
 the  
 month of  
 the  
 year  
 1793.

F I N I S

PAULINE EK ORIGINIA

James C. ...

...

...